



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Concilia Provincialia Mediolanensis Sex

Borromeo, Carlo

Venetiis, 1602

Tituli Libri Secundi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

39

CONSTITUTIONVM, ET DECRETORVM

Synodaliū Prouinciæ Mediolanensis

Liber Secundus.

De Sacramentis in genere, ac sacramentalibus.

SVMMARIVM.

- 1 Sacramentis administrandis ratio præscribitur.
- 2 Diæceses implicatæ distinguendæ.
Vt Sacramenta commodè administrari possint populo extramania,
existenti, quæ ratio inetundâ. De Parochijs, &c. num. 34.
- Ad Sacramenta Parochianis administranda, &c. tot Sacerdotes,
Rectoribus adiungantur, quot satis esse possint. Ibidem 33.
- Incommodum Parochis in administratione Sacramentorum, & popu-
lo in illorum susceptione, ob parochiarum confuisionem, vt tollen-
dum. Ibidem 26.
- 3 In Sacramentorum administratione, nihil exigendum.
- 4 Ritus ex more Romanæ Ecclesiæ adhibendi.
- 5 Inferiores Ecclesiæ Cathedralis ritus sequantur.
- 6 Quo Rituali in Prouincia Mediolanensi utendum.
- 7 Sacramenta administrantes, superpellicem, ac Stolam adhibeant.
- 8 Eorum vis ab Episcopo, & parocho explicanda.
- 9 Idem ab Episcopo præstandum, cum consecratur Ecclesia, vel altare,
campanæ benedicuntur, velanturq; Moniales, &c.
- 10 Populus à parocho admonendus ad frequentandam confessionem, &
communione, & quibus diebus. De sancta Eucharist. in Eccles.
administ. 29 31.
- 11 Parochi, egrotos inuisant, & de Sacramen. extreme vnction. nume-
ro 10. & 24.
- 12 Ad aliam Ecclesiam transeuntes, successori libros baptizatorum,
confirmatorum, matrimonioque iunctorum, tradant.
- 13 Sacramenta suscipientes, compadresque arma deponant: exteriorique
habitu reuerentiam demonstrant.
- 14 Fons baptismalis in Ecclesiis solum parochialibus, & quibus alijs sit,
eiusque clauem quis teneat. 15.

- 16 *Vnaqueque parochia vascula duo sacrorum oleorum Chrysmatis, & Cathecumenorum, extremæque unctionis habeat. 17.*
- 18 *Vbi parochi plures, totidem etiam vasa infirmorum adsint.*
- 19 *Vasculorum, ad sacra olea Chrysmatis & Cathec. in parochiali Ecclesia retinenda, cum cotyla, ac sacculo, forma. Vbi retinenda. 20. Et de Baptisterio, num. 3.*
- 21 *Vasculi olei extremæ unctionis forma. Vbi asseruandum. 22.*
- 23 *Vasculorum vsui Plebanæ Ecclesiæ forma.*
- 24 *Oleis nouis acceptis, vetera comburenda.*
- 25 *Oleo deficiente, quid agendum. Quantumque superaddendum. 26. Clauis armarij, in quo asseruantur, apud quem retinenda, supra numero 15.*
- 27 *Oleorum sacrorum in Cathedrali Ecclesia distributor, librum habeat, in quem referat, quibus illud tradiderit.*
- 28 *Plebani, Præpositique notent, quibus etiam parochialibus, & ipsi distribuere.*
- 29 *Olea sacra deferenda ab existentibus in sacris.*
- 30 *Sacrum Chrysmatis oleum accipiendum ante Pascha. Eiusque consecrationi qui intersint. Ibidem.*
- 31 *Regulares ab Ecclesia Cathedrali sacra olea sumant.*
- 32 *Puerpera post partum domo exeuntes ad Ecclesiam accedant.*
- 33 *Si infirma accedere non possint, parochus illarum domum ingrediatur ad preces super eis fundendas. Quibus panis benedictus sub hostiæ forma non præbendus. Ibidem.*
- 34 *Infantem infra annum mulier in lecto sine præscripta cautione tenens, excommunicatur: quæque illi penitentia imponenda.*
- 35 *Dispensant Episcopi, dispensandique facultatem eo in genere Vicarijs foraneis delegare possunt.*
- 36 *Qui alij in eandem excommunicationis pœnam incidant ob causam prædictam.*
- 37 *Parochi monitio, ne infantes in lecto teneantur.*
- 38 *Singulis diebus Dominicis, Sacerdos ante Missam, aquam benedicat.*
- 39 *Aqua benedicta per domos à quo aspergenda.*
- 40 *Agni benedicti, minio, auro, &c. non inficiendi, neque uendendi. inficientium pœna.*
- 41 *Iidem decenti loculo recondendi, colloq; appensi, ut gestandi.*
- 42 *Nihil profani ornatus habeant.*
- 43 *A fabris thecis non includendi, sed à clerico in sacris constituto. Ac nè minima quidem particula, quò pluris opus vendatur.*
- 44 *Annulo non gestandi. Illos gestantes nihil turpe agant.*
- 45 *In agrum non projiciendi, arborique suspendendi.*

- 46 Eorum suffumigatio in agris adhibenda ad depellendas tempestates.
 Candela & in Ecclesia benedicta, singula singulis pluribus distri-
- 47 Palmę aut & buta, manibus gestanda in processionibus.
 Oliuę
- 48 Quibus etiam absentibus tradi liceat.
- 49 Earum candelarum vsus, benedictionisque ritus mysteriorum primus.
- 50 Parochus & Concionator & has ex illarum benedictione utilitates exponant.
- 51 Ut scilicet valeant ad sanitatem animę & corporis.
- 52 Ad demonem depellendum.
- 53 Ad corda fidelium sancti Spiritus splendore illustranda, charitatisq;
 ignem in animis accendendum. 61.
- 54 Benedictionis Cinerum vsus antiquissimus.
- 55 Salutare ex eorum benedictione utilitates ab Episcopo, parcho,
 Concionatore, Quinquagesimę Dominicę docendę, & quę.
- 56 Parochus ipso die Cinerum populum moneat, qualiter ad illos susci-
 piendos accedat. 61.
- 57 Illius ministerium in cathedrali, propriaque parochiali agendum.
- 58 Benedictionis Palmarum institutum sacris mysterijs plenum, a paro-
 cho & concionatore explican. & quando. 60.
- 59 Illius fructus & utilitates.
- 60 Quo ordine candela, cineres, & palmę capiendę.
- 61 Benedictionis adium vsus, restituendus: ritualis forma seruata. 67.
- 62 Atque hac ratione Conciliari decreto prescripta.
- 63 Parochi in ea officium, & partes. 68. 71.
- 64 Quę edes minimę benedicendę.
- 65 Benedictio noctu non peragenda.
- 66 Qui adsint.
- 67 Benedictionis causa nihil accipiendum.
- 68 Patrisfamilias edium benedicendarum, preparatio, & officium.
- 69 Benedictio mensę a maiori ordine initiato faciendę.
- 70 Vestes in diuinis officijs non adhibendę, antequam sint bene-
 dictę.
- 71 Ear. indumenta que, & vasa quis benedicere possit.
- 72 Libri sacri ecclesiasticę ne ad vilem, & sordidum vsum non ad-
 hibendi.
- 73 Tabernaculum omne benedicendum, antequam Eucharistię Sacra-
 mentum in eo recondatur.
 Tabernaculi clauis a quo custodienda, supra num. 15.

Primū, de ijs, quę ad Sacrament. admin. generatim p- tin.

Se s. 24 ca. 7. de Refor.

Can. institu- tio, de cōic. dist. 2. dist. 100. c. cō tra morem.

Dist. 12. c. de ijs, de conse. dist. 3. c. nosse in fi.

4. quę ad sa- crament. & c.

5. quę ad sa- cramentalia, & c.



IVO maior, & uberior est Sacramentorum fru- ctus, quā ut eius uis. explicari facile possit, eo diligentius, & intima animi pietate, & externo cultu ac ueneratione tractanda, ac percipienda sunt: Quod officium ut omni studio, & opera nostra adiuuemus, præter ea, quæ ad salutatem hanc rationem contulit sacra Tridentina Synodus, quæ & Episcopi, & parochi inuiolatè seruare debebunt, nonnulla etiam ad tollenda incommoda, & abusus, quos in prouincia nostra hominum, uel culpa, uel negligentia in Sacramentorū administrationem intulerat, statuenda duximus.

2 Primum autem magnoperè hortamur Episcopos, quorum dice- ceses inter se implicatæ, & confusæ sunt, ut communi uoluntate, atque sententia rationem inire studeant, qua explicari, & commodius distin- gui possint; adhibita etiam, si opuserit, prudentia, ac diligentia uici- nioris Episcopi, ut amicè sublatis impedimentis, negotium de cōmuni eorum sententia Sedis Apostolicæ auctoritate, conficiatur.

3 Cū Sacramenta Ecclesiæ non solum sine simoniæ labe, uerū etiam sine auariæ suspicione præbenda sint, caueant omnes, ne in eorum administratione quidquam exigant, aut etiam uerbis, uel signis, directè, uel indirectè petant. Qui secus fecerit eum, & pœnis, iure com- muni statutis, & alijs arbitrio Episcopi plecti uolumus.

4 Studeant Episcopi, ut in Ecclesia sua cathedrali in Sacramentorū administratione, in Exorcismis fontium, & sponsoꝝ benedictionibus, ritus, & cęcermoniæ ex more Sanctæ Romanæ Ecclesię ad- hibeantur.

5 Omnes uerò inferiorum Ecclesiarum, quęcumque illę sint, Recto- res, in his omnibus ab obseruatione Cathedralis Ecclesię nulla ex parte discedant.

Parochi singuli, quatuor ad summum mensum spatio, librum Ri- tualem, sacramentalem uel habeant, qui ab Episcopo probatus, in Eccle- sia Cathedrali adhibetur: ut ne, quod Prouinciali Concilio primo cau- tum est, nulla ex parte inferiores Ecclesię à Cathedrali ea in re discor- dent: Rituales autem libri, qui ab eo Cathedrali dissimiles, ac diuersi euunt, statim Episcopi cura amoucantur.

6 Illud in cęteris parochialis curę officijs, maximè à parochis requi- ritur, ut sanctissima Sacramenta, quę diuinę gratię instrumenta, ad sanctificandas animas à Christo Domino instituta sunt, non solum pu- rē, sanctē, religiosēq; ipsi tractent; uerum etiam ritus, ac cęcermonias teneāt, atque adhibeant, quę in illis administrandis sanctę Ecclesię in- stituto, atque usu comprobatę sunt. Et quoniam liber Ritualis Sacra- mentorum,

mentorū, qui una, & eadem certissima ceremoniarum regula constet, quique omni ex parte absolutus sit, ad sanctam illam administrationem, in provincia nostra nullus ferè extat; nos præterea iubemus, librum eo de genere Reuerendissimi Dominici Bolani Episcopi Brixiae iussu iam pridem confectum, à iurisperitis, quos delegerimus, primo recognitum, & necessarijs alijs partibus auctum, ab omnibus, ac singulis Sacerdotibus provinciae nostrae, qui Ritu Romano Sacramenta ministrant, huius decreti provincialis auctoritate, cum primum nostra cura typis in lucem prolatus erit, ad usum recipi, atque adeo introduci, ut in Sacramentorum administratione ceremonijs, & ritibus, eo libro præscriptis, utantur, neque ullis præterea alijs. Id uerò tamdiu, quò ad Ritualis liber Romanus emittetur.

7 Sacerdotes in Sacramentorum administratione semper superpellicem, & stolam adhibeant.

8 Episcopi in administrandis Sacramentis, illorū uim, & usum, pro eorū, qui sumplerint, & adfuerint, intelligentia, diligenter explicabunt.

Idem quoque facient parochi, ea ratione, ac sententia, quæ in Catechismo Romæ edendo auctoritate sanctissimi D. N. præscribetur. Interim uerò aliquo Catholici Scriptoris Catechismo ab Episcopo deligendo utantur.

9 Quò magis fideles ad rerum diuinarum cultum excitentur, Episcopus, non in Sacramentorum solum administratione; uerum etiā, cum consecrationis, quæ cuiquam Ecclesiae, altaris adhibetur, vel benedicendæ campanæ, vel uelendæ Monialis, vel alterius cuiusuis rei consecrandæ munus in conspectu populi aggreditur, illius mysterij, quod tractat uim, & rationem piè explicet.

10 Parochi crebris cohortationibus, in id maximè incūbant, ut populus sibi commissus, ad confessionem, & cōtionem frequenter, præcipuè aut in Natiuitatis Domini, & Pentecostes, ac alijs solennitatibus accedat.

11 Aegrotos uerò, etiam non uocati, inuisant, ut ad Sacramentorum susceptionem inducant, & eorum animabus, quacumque ratione possunt, sollicitè consulant.

12 Si parochi ad aliam ecclesiam transferint, antequam à priore migrerent, successori libros tradant, in quibus eorum, qui baptizati, confirmati, matrimonio iuncti fuerint, nomina describi, infra iubemus. Qui secus fecerit, grauissimè ab Ordinario puniatur.

13 Moneat sepe parochus, hocq; tum maximè cum Sacramenta ministrat, ut fideles, quibus ea ministrantur, & qui Compares ad Sacramenta, Baptismum, & Confirmationem adhibentur, entem, pugionem, & eiusmodi deponant: memores se in oī spiritu humilitatis, sanctæq; pietatis studio adesse oportere sacris illis mysterijs. *Vide tit. seq. num. 15.*

Vt

Primū de iis, quæ ad sacramen. administrat. &c.

Conc. Tridē, sess. 24. ca. 7. de refor.

2. tit. 1. dec. 7.

Primū, ibid.

Primū, ut sup.

3. quæ ad sacramentalia, &c.

7. quæ ad sacramentalia, &c.

3. vt supra.

4. quæ ad sacramentalia, &c.

4. ibidem.

Instr. fab. libro 2.
De vasis sacrorum oleorum in Parochia. eccl.

Vt sanctissimis Sacramentis debitus religionis cultus, etiam externus ab ijs tribuatur, qui ea suscipiunt, ne Episcopus, parochusve patitur, quemquam ad illa suscipienda accedere, nisi exteriori quoque habitu, vestiumque modestia debitam illis venerationem, ac reuerentiam præ se ferat.

14. Fons baptismalis, ne vsquam in alijs Ecclesijs, quàm in parochialibus sit, vel Episcopi concessu in illis locis, vbi propterea quod parochialis Ecclesia longius distat, idem populi commodo magis consulendum esse censuerit.

15. Et tabernaculi, vbi sacratissimum corpus Domini asseruatur, & armarij item, vbi sacra olea, statis vasculis inclusa, custodiuntur, & fontis præterea baptismalis, clauus Rector Ecclesiæ, animarumve curator, diligenter, cauteque; apud se custodiat: ac ne clerico quidem ministro illas vilo modo committat. Nec verò prohibetur, quo minus easdem muneris alicuius præstandi causa aliquando Sacerdoti committat, quem in officij parochialis cura coadiutorem habet.

16. 17. Vnaqueque; parochia vascula duo sacrorum oleorum, 'Chrismatis, & Cathecumenorum, vascula item duo extremæ vnctionis habeat: quæ confecta, & ornata sint ad formam in libro instructionum præscriptam. Idque vt die sacro Cœnæ Domini, illa vacua, diligenter ante absterfa, ac benè parata, nec verò ampullæ, aut alia eiusmodi, ad olea sacra recens consecrata, ferenda adhibeantur, aliaque rursus retineantur ad asseruandum quod reliquum est sacrum oleum vetus, quod vsui esse possit, si in sua parochiali cura opus esset, dum illa recentia, apportantur.

18. Vbi verò plures parochi, animarumve curatores, aut alij sunt, qui parochialis curæ portionem, vel officium habent, totidem vasa olei sacri infirmorum sint.

19. Vascula parochialis Ecclesiæ, ad vsum sacra olea seruandi, vbi præiopia ex argento fieri non possunt, è stanno puro, eoque nobiliori fient: non perpolita, mundaque omnino sint.

Tria autem parentur, forma rotunda, atque eiusmodi, quæ inter se nulla planè dissimilitudine sint: atque sic quidem aptè coagmentata, coniunctaue, vt trianguli figuram exhibeant.

Iis omnibus vasculis simul contegendis operculum vnum solidum adhibeatur, ita confectum, vt & paululum vasculorum contegendo undique capiat, & cum illa operiuntur, hoc non disiungatur, sed in vna parte fixum hæreat, totumque vasculorum opus operiatur.

Id operculum, etsi totum solidum vnumque est, triplici tamen circulo distinctum, triplicique concauitate ab interiori parte constans, rursus ab exteriori paululum eminens, quæ concauitas vsui sit ad reponendum bombicem,

cem,

em, quo sacrum oleum opertum est, cum illud postea ad ministerium adhibetur, & intrinsecus, & extrinsecus, in unoquoque circulo litteras aperte expressas habeat: quibus uniuscuiusque sacri olei uasculum distincte interoscatur.

In imo uasculo sacrum oleum Chrysmatis asseruetur.

In altero oleum Cathecumenorum.

Operculum uasculi sacri Chrysmatis insculpitur his litteris, CHR.

Alterum, quo uasculum olei Cathecumenorum, insculpitur CATH.

Intertio uase alterum uasculum, quod minusculum sit ex argento, aut stanno, aut è salice, inferatur operculo contextum.

In hoc ipso uasculo, sal asseruetur, ut, cum sal renouari opus est, hoc exiguum uasculum inde tuto, depromatur, ac periculum euitetur sacri olei effundendi, aut permiscendi.

Cotyla præterea, quam scatulam dicunt, è nuce, aliaque materia solida opere tornatili cum operculo fiat, totumque corio contegatur, cuius operculum corio item intectum, ornatu aliquo impresso, atque inaurato decoretur.

Tum scatula, & operculum à parte interiori aliquo ornamento serico albo uestiatur.

Quæ ita confecta sit, ut paulò depressior sit, quàm uasculi altitudo, quòd facilius aperiantur, neque necesse sit inde depromi.

Sacculus è serico confectus sit albo colore: si quando usu uenerit, in locis montuosis, facultate ab Episcopo data, baptismum ministrari in alia ecclesia, quàm in parochiali, quæ remotior sit.

20 Sancti item Chrysmatis, & sacri Cathecumenorum olei uascula, ne alibi, sed in Ecclesia religiosè asseruentur in ciborio aliove eiusdè Ecclesiæ certo constituto loco, quem Episcopus comprobant.

21 Uasculum sacri olei extreme unctionis ex argento, aut stanno pretiosiori sit, idque à reliquis sacrorum oleorum uasculis separatum.

Cui operculum in medio paulisper concauum affixum ita sit, ut cum uasculum aperietur, non disungatur. Eius inscriptio hæc sit. EXT. VNCT.

Ad hoc uasculum asseruandum scatula item, ut supra, adhibeatur.

Sacculus item sericus, coloris uiolacei, cuius forma sit eadem, quæ sacculo præscripto uasis Chrysmatis, & sacri olei, Cathecumenorum constituta est.

Fundum habeat, forma non quadrata, sed rotunda, instar paruulæ rosæ, eboridulas item sic oblongas, ut paroco, animarum uè curari usui esse possint ad uasculum collo appendendum.

22 Sacrum præterea oleum infirmorum in Ecclesia itidem custodiat, uase, ab aliorum sacrorum oleorum uasculis distincto, nisi quibus parochis Episcopus propter eorum domicilij à parochiali Ecclesia distant.

3. quæ ad sacramentalia, &c.

Instr. fab. li. 2. De uasculis extreme vnct.

3. quæ ad sacramentalia pert. &c.

distantiam, illud domi tunc aliquando solum afferuari concesserunt, cum in parochiæ finibus grauius ægrotantes habent, quibus usu uenire potest, ut quam celerrimè succurrendum sit illius Sacramenti administratione.

4. quæ pertinet ad ext. vnct. Quibus parochis Concilio Prouinciali tertio permittitur, domi aliquando habere sanctum oleum infirmorum, ij fenestellam in ipsa domo loco decenti, ac tuto construant, panno serico circumuestiant, ualuis, & clauē claudant, ut, & in honore, & rectè custodiatur.

Inft. fab. li. 2. de uasculis sacror. oleorū in Pleb. Eccl. 23 *Vascula sacrorum oleorum vsui Plebana Ecclesiæ grandia sint, pro Ecclesiarum, quibus distribuenda sunt, numero.*

Quæ uascula argentea sint, aut saltem è stanno pretiosiori, litteris, ut infra, inter se distincta: quibus singula sacra olea interuoscantur.

Instar phialæ sint, operculoque duplici integantur, uno, quod in os uasis inferatur, altero, quo uasis collum extrinsecus tegatur: quod utrumque in gyrum obliquè torqueatur, ut ijs ita firmiter opertis, oleum sacrum effundi nequeat.

Capsulam habeat, quæ seruandis, portandisque sacrorum oleorum uasculis vsui sit, cum ad ea ab Ecclesia Cathedrali accipienda, stato Pasche tempore mittetur.

Ea capsula è ligno sit, in tresque partes distincta, ut in singulis partibus unumquodque sacri olei uasculum cum bombacio aptè collocetur.

Corio decenti, undique pro integumento muniatur, ornatuque serico rubro intrinsecus circumuestiatur.

Operculum habeat eiusmodi, quod extrinsecus planum non sit, sed forma paulò eminentiori.

Clauē, & sera ita claudatur, ut cum ad accipienda sacra olea portatum, aperta tradita, possit à Cathedralis Ecclesiæ ministro, postquam is olea tradiderit, claudere digito paululum, à superiori eius parte presso: nec aperiri subinde alia clauē queat, quàm illa ipsa, quæ apud prepositum asseruatur.

4. quæ ad sacramentalia, &c. 24 Parochus, ubi primum olea sacra noua acceperit, vetera statim comburat in lampade, quæ ante sanctissimum Sacramentum collucet, bombice in sacrario planè exusto. Vascula autem ubi anno proximo afferuata sunt, diligenter, politeque, absterfa, accuratè in Sacristia conferuet, ut anno sequenti vsui sint, quibus afferantur itidem olea sacra.

Ibidem. 25. 26 Sacro oleo deficiente, si tempus non patitur, ut id aliundè haberi possit, illa ratio ineatur, Canone præscripta, ut cum oleo consecrato, misceatur non consecratum: id uerò non consecratum, guttatim ita infundatur, ut semper, quod infunditur, minus sit oleo consecrato, quod vel exiguum in uale reliquum est.

2. tit. 1. dec. 9. 27 Cui in Ecclesia Cathedrali id muneris datum est, ut oleum, aut Chryisma

Chryisma sacrum Plebanis, aliisque distribuatur, in librum, eo nomine confectum, illarum Ecclesiarum nomina referat, quibus dederit.

28 Pari ratione Prepositi, Plebanive libro notent eas Ecclesias parochiales, quibus singulis annis sacra olea distribuereint.

29 Ij verò omnes ne illa alijs deferenda dent, nisi ijs, qui sacris ordinibus initiati sunt.

30 Ad sacri Chrysmatis oleum accipiendum, quotannis ante Pasca mittantur, qui accipiant, ut veteri Canone decretum est.

Cum oleum Chrysmatis consecratur, omnino intersint, & qui dignitates, seu personatus obtinent, & Canonici, ac reliqui Cathedralis Ecclesie clerici: & quos ex alijs ecclesijs suae Civitatis, & diocesis Episcopus vocandos censuerit.

31 Monachi, Regularesve cuiusvis ordinis, etiam exempti, non aliunde, sed ab Ecclesia Cathedrali intra cuius diocesis fines habitant, olea sacra sumant. Si secus fecerint, arbitrio Episcopi, in cuius diocesi manent, puniantur.

32 Moneant parochi puerperas, ut cum primum post partum domo exierint, mox ad Ecclesiam, Deo acturae gratias, accedant, ubi benedictionem à parochio suscipiant.

33 Ad preces, quae supra puerperam funduntur, cum post prolem emissam, illa actura gratias, ad Ecclesiam se confert, parochus puerperam domum ne ingrediatur, etiam si mulier ob adversam valetudinem Ecclesiam adire nequeat.

Fœminis praeterea, post puerperium ad Ecclesiam venientibus, panis benedictus, sub hostiae forma ne praebatur.

34 Grate, atque inane facinus est, infantes per imprudentiam suffocari, qui eos, ne annum quidem natos, in cubili, nulla cautione collocant. Qui quoniam neque alia ratione, neque rei gravitate, qua Deus in primis offenditur, nec verò immanitate nefaria in officio contineri haecenus potuerunt, nos tale facinus poenis coerceri censuimus. Itaque quaecumque mulier, infantem, anno aetatis non expleto, secum in lecto iacentem, non ea cautione tenerit, quam ab Episcopo praescriptam, parochus unusquisque ei sigillatim demonstravit, excommunicationis poenam ipso facto subeat: cuius vinculo irretita, non absolvetur, nisi graui, atque insigni imposta poenitentia, quae ceteris exemplo sit.

35 Gravissimo suffocationis infantum, qui nondum aetatis suae annum expleverunt periculo, ut occurreretur, poena excommunicationis, quam mulier in eo genere delinquens, ipso facto subiret, in Concilio Provinciali Quarto sancitae. Verum, cum aliquando causae, & difficultates incidant, ob quas non omnino praestari potest, quod salutariter cautum est;

3. quae ad sacramentalia, &c.

1. quae pert. ad baptis. adminit.

6. de sacramentalibus.

1. quae pert. ad bapt. adm.

3. quae ad sacramentalia pert. &c.

Ibidem.

4. quae pert. ad Sacram. bapt.

6. de Baptis.

est; ideo hoc Prouinciali Decreto eam cautionem adhibere nobis visum est, vt pro conscientia sine religione, Episcopus in grauioribus casibus dispensare, dispensandi que aut habilitandi facultatem eo in genere Vicariis foraneis delegare possit, alijs que item ecclesiasticis hominibus prudentia, & rerum visu præditis.

36 Quod si quis, quicumque sit, etiam præter nutricem, & matrem non adhibita illa cautione, neque dispensatione impetrata, infantem, contra præscriptum, in lecto tenuerit, aut matrem, nutricemve id facere cõegerit, aut impederit, quo minus eo decreto præscripta cautio adhiberetur, is eadem pœna irretitus sit, que illo Decreto, mulieri in eo genere delinquenti constituta est.

37 Parochus verò tum sæpè populum moneat, ne huiusmodi in fante secum in lecto nunquam teneant, tum etiam euulget decretum istud, pœnamque in Decreto sancitam.

38 Singulis diebus Dominicis Sacerdos, Missæ parochialis sacrum facturus, antequam illud inchoet, aquam sale aspersam benedicendo renouet, eamque vt moris est, aspergat.

39 Aquæ benedictæ, que vel sabbatho Sancto, vel in Vigilia sacri diei Natalis Domini, vel alio tempore pro locorum consuetudine ædes parochialium hominum aspergi solent, aspersio, cum plena mysteriorum est, tum propria Parochorum. Quamobrem statò tẽpore ne alius Sacerdos, quam proprius Parochus illas aspergat, aliusve ab eo constitutus, neve item sabbatho Sancto ante ille aspergat, quam benedictio solennis fontium celebrata sit. Aspergendo autem, precibus ritè vtatur Parochus ad præscriptum libri Ritualis. Illud autem in hoc aspersiois munere caueat omninò, vt ne signo quidem aliquo, ac nutu, nedum verbis eo sanctæ aspersiois nomine quicquam perat, exigatve.

40 Sanctissimi Domini nostri Gregorij XIII. Pontificis constitutio, qua excommunicationis pœna proposita, ipso facto incurrenda, interdictum est, ne innocentissimi Agni imagine figuratæ certæ illæ formæ, & per Romanos Pontifices statis temporibus consecratæ, minio, auro, aut vlllo colore inficiantur, neque uenales proponantur, promulgentur in Ecclesia eo anno, quo illas consecrari moris est in Pascha, & quoties item Episcopus opus esse censuerit.

41 Sanctissimi item, veterique instituti est, à summo Pontifice formæ illas certas, quas Agnos Dei, à figura impressa vocamus, solenni benedictionis ritu, multis que religiosis cõemonijs, non solum primo, sed septimo quoque Pontificatus anno consecrari. In quo consecrationis munere, sicut ille Christi Vicarius, cuius oratio tanto maioris est momenti, quanto eius officium in Ecclesia sublimius, & cum eodem Christo

Christo Domino coninnctius, multa sanctè precatur à Deo illis concedi, qui animo pio, deuotoque eos agnos apud se habuerint: ita à fidelibus magna deuotione ijdem gestandi sunt, ad eosque vsus religiosè adhibendi, ad quos sacræ preces, & Ecclesiæ instituto referuntur. Quare decreto Concilij Provincialis tertij, quod ex Constitutione sanctissimi Pontificis Gregorij XIII. de illis minio non inficiendis cautum est, hæc etiam adiungenda censuimus.

Primò cum illi domi asseruantur, vt piæ consuetudinis est, loculo decenti recondantur: cum autem collo appenti gestantur, in thecam auream, argenteam, eburneam, christallinamve, aut alterius generis decentis rectè inclusi sint, ita vt tactu violari non possint.

42 Neque ad ornatum habeat quicquam, quod profanum sit, quodq; minimè deceat.

43 Thecarum fabri ne vlllo modo eos tangant, atrectentque, ne chyrothecis quidem, forcipe, aut vlllo alio instrumento; sed ad eos thecis includendos, clericus, in sacris constitutus, adhibeatur.

Ne minimam item particulam sacræ illius ceræ, à qua agni imago est, in eis includant, quo pluris opus suū vendant, sed ab eo accipiant, qui thecam agni causa faciendam locarint.

44 Neque autem quisquam factum illum agnum annulo gestet: cum ita parum religiosè gestetur, vt aliqua fœditate, turpive tactu violari facile queat.

Qui sacros agnos gestant, hoc religiosius caueant, ne quid impurè, turpiterue agant, aut à sacra eiusmodi re alienum.

45-46 Nec præterea in agri campum hi agni proiciantur, nec verò cuiquam arbori affigantur, neque è ramis suspendantur; sed, quod antiqui est instituti, eorum cera adoleatur, ad suffumigationem in agris, vineisq; ob imminentem tempestatem, aliàsve diabolicas illusiones depellendas.

47 Quod pietatis, & Dei honoris causa ab sancta Matre Ecclesia institutum est, vt festo die Purificationis B. Mariæ Virginis candelæ, & palmæ, aut oliuæ, prout locorum consuetudo est, Dominico die, qui de palmis dicitur, in Ecclesia solenni ritu benedicantur: exque candelæ accensæ stas illo tempore processionibus circumferantur, non sine sanctissima mysteriorum significatione: id, vt instituti ratio postulat, ita religiosè celebrari debet. Quamobrem edicimus, ne alio loco, nisi in Ecclesia, neque dum manibus laicorum tenentur, sed constituto loco positæ, solennibus ceremonijs benedicantur, & singulæ singulis distributæ, tum palmæ, tum candelæ accensæ manibus per eos, qui acciperint, gestentur, ex Ecclesiæ instituto, dum stas illis diebus processiones, & sacræ alię actiones habentur.

Vtque

3. que ad sacrament. &c. pert.

Utque præterea introducto ei vsui occurratur, quo multis locis in hac prouincia fit, vt illæ, vel candelæ, vel palmæ, oliuæ, sacro eo ritu benedictæ non in Ecclesia à quibusdam sumantur; sed ad eos domum deferantur: & quod grauius est, à laicis quibusdam quasi tributum quoddam sibi à parochis, vel ab aliis quibusuis debitum, illæ exigantur, decernimus, vt saluo, si quod patronus aliquis beneficij habeat, illas

5. que ad sacrament.

- 48 exigendi iure, ijs solum, qui in Ecclesia intererunt; & illis item tantum tradi liceat, qui ijs ipsis diebus ad illam Ecclesiam cõuenire solent; sed non poterunt, vel quia ægroti, vel alia legitima causa impediti.
- 49 Die sacro Purificationis beatissimæ Mariæ Virginis, vsus, ritusque benedictionis candelarum, cereorumve, cum plenus mysteriorum est, tum salutarium vtilitatum: quas non solum ex orationibus, quibus Ecclesia in ea benedictione vitur, sed ex omni Rituali libro probato, parochus, concionatorve, eo ipso die fidelibus studiosè exponat, quò religiosius illas, & gestent, & habeant.

50 Nam cum illius benedictionis precario ad alia multa referatur, tum ad hæc in primis.

51. Vt candelæ valeant ad sanitatem animæ, & corporis, terræ, marique.

52 Vt de locis, vbi accendentur, dæmon, & quicquid dæmonis attingitur, machinaturve, depellatur.

53 Vt mentes, & corda fidelium, igne, & splendore sancti Spiritus accendantur, illustrenturque, ac depulsis viuorum tenebris, videant, que sint Deo grata, & salutis vtilia.

Hæc sibi omnia à Christo Domino, qui est Deus verus, & splendor lucis æternæ, sibi concedi precantur intercessione, & sanctissimis meritis beatæ Mariæ Virginis quicumque fideles in illius honorem candelas, quibus benedictionis preces eo die adhibite sunt, deuotè gestant.

5. Ibidem.

54 Sacrorum cinerum vsus in Ecclesia Dei antiquissimus est, ac non solum ad significandam, sed ad excitandam etiam pniam introductus.

55 Quare Episcopus, parochus, & concionator die Dominico qui feriam asperisionis Cinerum proximè precedit, populum salutare eas utilitates doceat, quas in eorum benedictione multis orationibus Ecclesia petit. Atque hæc quidem, præter ceteras, sunt.

Vt fideles, qui sacro cinere asperguntur, ad intimam cordis humilitatem adiuentur.

Vt in eos benedictio cælestis descendat, qua adiuti, uerè, intimeque toto animo peccata doleant; hoc mente secum reputantes, ob hominis peccatum terram maledictam fuisse, nosque omnes in cinerem, ac terram redituros.

Vt detur corporis valeudo ad pœnitentiã peccatorum peragenda.

Vt ani-

Vt anima diuino auxilio protegatur.

Vt à Deo impetremus, quæ ad illius voluntatem petimus.

Vt constanti animo in bene agendo perseveremus.

56 Hæc bona, quæ mater Ecclesia pro factorum Cinerum ritu à diuina benignitate precatur, vt piæ fideles consequantur, parochus illos eo ipso die moneat, quàm religiosa intimi animi pietate, quàm humili, contritoque corde, quàm humili, demissoque vestitu ad eam actionem conueniunt, quamque ferio secum statuunt, illos ieiunij dies in amaritudine animæ suæ traducere ad peccatorum satisfactionem.

57 Hoc asperionis Cinerum ministerium Episcopus studeat potissimum in Cathedrali, propriæ parochiali Ecclesia ab vnoquoque suscipi.

58 Sanctissimi præterea, & antiquissimi instituti in Ecclesia Dei est, die Dominico, Pasca Resurrectionis Domini proximè antecedente, ramos palmarum, oliuarum, solennibus precibus benedici, ac fidelibus tradi, qui gestent, domiq; religiose, atque decenter asseruent. Et sicut ritus is, & insignem illum Iesu Christi Domini ingressum ad Urbem Hierosolymanam, & triumphum illum commemorabilem significat, quem passione, & morte sua superatis hostibus, idē Dominus resurgens reportauit; ita alijs etiam mysterijs plenus, à parcho, & à concionatore explicetur, quo ardentius ad religionem illius fideles accensi, spirituales fructus capiant, quos à Deo eis Ecclesia precatur: suntque hi præsertim.

59 Vt accipiant mentis, corporisq; vim ad salutis opem, Deique gratiam implorandam.

Vt quemadmodum rami foliis virent, ita opera nostra, & iustitia, & omni virtute sancta quàm florentissima sint.

Vt sicut populus Hebræus, Christo ramis obuiam factus, vnà cum eo Hierosolimā ingressus est, ita nos sanctissimis officijs, atq; pijs operibus Domino obuiam procedamus, illiusq; vestigia secuti, in cœlestē patriam eo auctore, & duce recipiamur.

Vt veluti Christus Dominus de Sathana hoste Cruce sua triumphauit, sic nos quàm sapissimè id misericordiæ opus animæ ita repetamus, vt Christi amore incendamur ad pugnam, & ad victoriam de demone, carne, & mundo reportandam.

Vt quocumque hi rami introducentur, eius loci incolæ benedictionem Dei consequantur, omnique re aduersa propulsata, virtute altissimi defendantur.

60 Has, & alias salutare vtilitates parochus, & concionator fidelibus exponat, vt, qua debet pietate, religiosoq; animo sacros ramos capiendos, gestando, & asseruando, ita Dominum precetur, vt & per passionem,

nem, mortemque suam, qua demonem fregit, ac superavit, & per misericordiam illam immensam, qua id egit, non solum corpora à malis tueatur, sed animæ gratiam suam cælestem infundat: sicque ipsi multis virtutibus, bonisque operibus florentes, Christum Dominum sequantur: hostibusque omnibus superatis, ad gaudia cælestis Hierosolymæ introducantur.

61 Bini omnes ad candelas, & rursus ad cineres capiendas accedant, ad palmas etiam, ramosque oliuarum suscipiendos, sine strepitu, ac tumultu, sed religioso silentio.

Qui extra ordinem accesserint, à ministris eijciantur, neque digni sint, qui sacrorum ramorum tunc participes sint, nisi aliud Episcopus censuerit.

4. de Ecclie. & alt. cōsec. &c.

62 Antiquus ille benedictionis ædium, quæ vel recenter edificatae sunt, vel immundis spiritibus, aliave ratione vexantur, Ritus, ubi in usu esse desijt, Episcopi cura restituatur.

In illa porro benedictione parochus ritum, preces, psalmos, orationes, in libro Sacerdotali, Ritualive præscriptas, adhibeat.

5. quæ ad sacramentalia, &c.

63 Veterem illum ædibus, atque ædificijs benedicendi morem, ritumque ex sanctæ Ecclesiæ instituto introductum, ac decreto prouinciali, quod in Concilio quarto confecimus, restitutum, ut parochi, & reliqui animarum curatores, ad quos religiosæ illius benedictionis munus pertinet, piè, sanctèque obseruent: & laici, quorum ædificijs, domicilijsque benedicendum est, spiritualia inde commoda vberissima in Domino capiant, hæc in illis benedicendis ratio sit.

64 Primò parochus huius benedictionis munus aggrediatur pro voluntatis proposito, & quo debet, religionis officio.

Pridie autem illius diei, quo benedicendi munus aggreditur, præcipuo sanctæ preceationis studio, & aliquando ieiunio se parare curet.

Quo item die ad benedicendum aggreditur, anteaquam aggredietur, Missæ sacrificium celebrare studeat: in quo ob hanc causam orationem de spiritu Sancto piè recitet.

65 Ne ædibus benedicat, vbi aliquis excommunicatus habitat.

Nec verò illis, quas fornicatores, meretrices, publici peccatores, manifestoque criminosi homines incolunt.

Neque ijs item, si quæ aleis, ludisque vetitis publicè exposita sunt.

66 Ne noctu, sed interdium benedictionem peragat.

67 Ritu vtatur ad præscriptum formulæ, quæ in libro Sacerdotali, Ritualive concepta, extat.

68 Dum ad benedictionis munus accedit, in eoque versatur, superpelliceo, & stola vtatur.

Clericus

69 Clericus adsit, qui crucem in uia, & in benedictionis ministerio preferat.

Alter item, qui aque benedictę vasculum cum aspergillo ferat.

Ceteri Sacerdotes, & clerici, si qui alij adsunt, ordine distincti, bini præcedant, & suo quique superpelliceo de more induti.

70 Benedictionis huius causa, occasioneue nihil planè quicquam vel minimum, neque is, neque sacerdotes, clericive, quos sibi focios, adiutoresve adiunxerit, petant, exigant, ac ne spontè quidem ultròque oblatum, donec datum capiant.

71 In hoc benedictionis officio, ne omittat ex Instructionum præscripto, Concilijq; Prouincialis decreto, patres familiàs docere, recteq; erudire ad optimam familiæ educationem. Cuius etiam rei argumentum satis amplum habebit, ex statis illis religiosi precibus, & orationibus, quæ adhibentur.

72 Pater familiàs autem, cuius edibus domicilijsve benedicetur, piè se preparabit ad eam sancto desiderio suscipiendam.

Ideo ante familiam suam rectè recognoscet, monebitq; uniuersos, & singulos, ad præscriptum regularum, quæ de Christiana familię institutione editę sunt.

Amoueri curabit quęcũque domi suę sunt, Christianę familię infuuto insignia, quęq; Dei oculos offendunt.

Libros de rebus obscænis, turpibus, impudicis, inanibus, ac de cantionibus inhonestis, ceterisque id generis, inflammati curabit.

Libros de uitę religiosę, spiritualisq; institutis, atque exercitationibus introducet.

Imagines obscenas, & turpes incendat: profanas uerò, quęque ad inanem uoluptatem alliciant, amouere studeat.

Sacras Christi Domini, beatissimę Virginis Marię matris, & Sanctorum præsertim Imagines, quos patronos habet, ubique domi suę, locis honestis statuatur.

Tesseras, aleas, aleatorias ue tabellas; pietasq; ad aleę ludum pagellas, procul abijcere curet.

Sacram Communionem in parochiali ecclesia simul eo die, ut sumant omnes de familia sua, procuret.

Sacerdoti, ad benedictionis munus accedenti, obuiam, uel ad ecclesiam, uel ad primariam edium ianuam simul cum tota familia procedat, eiudemque benedictionem omni domus loco prosequatur religioso pietatis studio.

Dùm Sacerdos benedicit, nemo domi, uel in officina, cui benedicunt, quicquam seruilis, mundanive operis faciat.

73 Ne minoris ordinis clericus, alio, qui maiore ordine initiatus est,

74 *Constitutionum, & Decretorum Synodaliū*

presente, mensē benedicat: sed hoc munus sit, uel Sacerdotis, uel illius, qui maioris ordinis clericus present in mensa adest.

2. tit. 2. dec. 20

74 Quę uestes, & ornamenta cuiusuis generis, ad usum sacrum comparata, Ecclesię instituto benedici debent, ea in Missę sacrificio, ceterisque diuinis officijs ne prius adhibeantur, quàm solennibus precibus ab Episcopo, uel ab alio, qui auctoritatem habeat, benedicta sint.

6. de Sacramentalib.

75 Ne quis Episcopo inferior, uestes, indumenta, uas ad Missę sacrificium, diuinorumq; officiorum cūcum, aut ad altaris ornatum parata, sine sedis Apostolicę facultate, benedicat, nisi si alicui de iure talia benedicendi facultas competet. Quę autem ab Episcopo, aliove auctoritatem habente benedicta non sunt, (ut alio Concilio cautum est,) stera solenni prece benedicantur.

2. tit. 2. de-
cre. 21.

76 Libri sacri, Veteris & Noui testamenti, uolumina item Sanctorū Patrum, nostrę fidei interpretum, tū scripta etiam ecclesiastica, quibus & res, & uerba diuina consignata sunt, etsi temporis uetustate omnino consumpta, ad rerum tamen uilium, ac sordidarum usum, ne uolo pacto conuertantur, sed in ignem potius conijciantur.

e. Altaris, pal-
lam, de cōsec.
dist. 1.

6. de Sacra-
mentalib.

77 Sacra prece, ex formula libri Pontificalis, tabernaculum etiam ligneum, in quo sanctissima Eucharistia recondatur, ante benedicatur, quàm ad illius recondendę usum adhibeatur.

Quę alia ad hunc titulum pertinere aliqua ratione possent, uideantur in titulis proprijs de Sacramentis.

Quę pertinent ad Sacramentum Baptisimi.

S V M M A R I V M.

- 1 Baptismus domi prohibetur: quoque tempore ministrari uetatur.
- 2 Quo casu permittitur: & à quo eo in casu administrari potest.
- 3 Eius forma, & à quo tradenda, & ubi, & qualiter.
- 4 Domi baptizatorum baptismus notandus. 17.
Ante nonum diem infans baptizandus; aliàs excommunicatio, & à quibus, incurritur. 1.
- 5 Baptizatus recte domi, in Ecclesia intra nonum diem sistendus.
- 6 Baptizaturus Sacerdos, quid consideret.
- 7 Infantes suę parochie tantum baptizet, extra necessitatem.
- 8 In Ecclesia Cathedrali tantum quo tempore baptizandum.
- 9 Nomina eorum, qui in Cathedrali baptizantur, ubi notanda.
- 10 Infante ab obstetrice baptizato, de formula adhibita, in puerendum.
- 11 Obstetrices, in diœcesi à Vicario foraneo probandę, in Ciuitate uero à quo.

- 12 *Et cum baptizant, duas mulieres testes adhibeant.*
- 13 *Infans, quo vestitu ad baptismum deferendus.*
- 14 *Quales compatres eligendi: eaque in re parochi officium. Quique non admittendi.*
- 15 *Compatrum ipsorum que partes. Et supra, num. 13 Et de Sacramental. num. 13.*
- 16 *Baptizatum infantem in altare collocandi, ut muneribus compatriū redimatur, consuetudo tollenda.*
Compatres nihil infantibus, aut parentibus largiantur.
- 17 *Compatres in Ecclesia adhibiti in librum referendi.*
- 18 *Baptismi ceremoniæ à quo non adhibenda.*
- 19 *Qua stola, quo ritu, quo vase ad infundendam aquam, quo Chrysmate utendum.*
- 20 *Chrysmata, linteolaq; Chrysmate inuncta à laicis non attingenda. 21.*
- 22 *Iudæi, infidelesq; alij presentes esse, non permittendi.*
- 23 *Fideles, ut religiosè intersint, à parochia monendi.*
- 24 *Nomina baptizandi, que imponenda.*
- 25 *Baptismi suscepti dies piè celebrandus.*
- 26 *Infans expositus, ut baptizetur.*
- 27 *Pluribus infantibus oblati, qui ordo seruandus.*
Mas prior femina baptizandus.
- 28 *Adultis baptizandis diligens cautio adhibenda.*
- 29 *Iudæis, Turcis, Mauris, alijsq; infidelibus baptizandis, que item adhibenda cautio.*
Baptizatus Iudæus, cuius curæ tradendus: quaque consuetudine is non utatur. De Iudæis. 29 30.
- 30 *Liber baptizatorum à parochia habendus, in quem compatrum etiam nomina referenda.*
- 31 *Benedictio puerorum, cum primum ad Ecclesiam introducuntur.*



NEMINI liceat quemquam intrà domesticos parietes baptizare, sed natum infantem ij, quorum ea est cura, ante nonum diem ad suscipiendum baptismum in ecclesiam deferendum curent. Quod si neglexerint, excommunicationis pœnam subeant.

Primū, que pert. ad Bapt. admin.

Permissa est tamē, si instet periculum, facultas baptizandi in priuatis œdibus Sacerdoti, uel si is absit, alteri sacris initiato, uel si non adfuerit, laicis, primo mari, aut demum femine, qui rectè nouerint veram baptismi formam;

3 Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

1 3 Qui-

Quibus uerbis nihil profus ab ipsis addendum, uel detrahendum esse, crebrò populum suum parochus admoneat.

4. quæ perti-
ad Sacramē.
Baptis.

Baptizandi formulam ipse non solum, ut primo Concilio Prouinciali iussum est, populo generatim; sed etiam priuatim, ac præcipuè obstetricibus in ecclesia tamen, planè ostendat, ac tradat; quam et an illæ rectè teneant aliquò eodem loco accuratè videat, ac diligenter quarat.

Ibidem.

4 Infantis, qui domi ob necessitatem baptizatus est, baptismus in libro baptizatorum à parcho de more referatur; notato patris nomine, & qui domi ante baptismum, & qui in ecclesia ad catechismum, exorcismum uel adhibitus est. *Vide etiam infra à num. 17.*

Primū, ut sup.

5 Quod si domi baptizatus postea uixerit, omninò intrà nonum ab ortu diem, uel cum primū per ualitudinem licuerit, eum in ecclesia sistant, ubi si rectam baptismi formam seruaram esse constiterit, ei tantum ritus, ac ceteroniam baptismi adhibeantur.

6 Sacerdos baptizaturus, primū, quam actionem suscepturus sit, diligenter ipse animaduertat; & ad tanti muneris functionem sanctè, grauitèrque accedat.

4. quæ pert.
ad Sac. bapt.

7 Videat parochus, ubi primū infans baptismi causa ad se delatus est, an suæ parochiæ sit: quem si alienæ esse norit, eum, nisi instante necessitate, ne baptizet: sed ad parochū proprium, à quo baptizetur, deferri iubeat.

8 Si qui infantes intrà alicuius urbane parochialis ecclesiæ fines à Sabbato Sancto, usque ad Sabbatū in Albis: & à Sabbato item vigiliæ Pentecostes, usque ad Sabbatum proximum nati, baptizandi sunt; ad Cathedralē Ecclesiam, cui pro obseruantię officio, proq; ueteris instituti usu, stas illis hebdomadis hoc tribui debet, deferantur; si modo cuiquam, ob mortis periculum in Parochiali Ecclesia, quæ propius abest, baptismum statim ministrare necesse sit.

Sch. 24 ca. 2.
de reform.
Primū Prou.
ut ins. à.

9 Baptizatorum uerò eiusmodi nomina, & cetera id generis præscripta, in libro, tum Cathedralis, tum propriæ Parochialis Ecclesiæ, ut Tridentino, & Prouinciali primo Concilio iussum est, notentur.

Primū Prou.
ut ins. à.

10 Parochus uerò cum perquiret ex decreto Prouinciali, an infans baptizatus sit, diligenter obstetricem, & testes etiam de uerbis prolatus interroget; ut sibi constet, an baptismi forma rectè adhibita sit, an uerò secus, quam obrem oporteat infantem à se baptizari.

5. quæ ad ba-
ptis. pert.

11 Obstetrices, tribus, post huius decreti promulgationem, mensibus, pœna arbitrata Episcopi proposita, officium ne præstent; nisi per Vicarium Foraneum, si in diocesi sunt; si uerò in Urbe, per eum, cui Episcopus id curæ dederit, scripto probatè sint idoneæ ad Sacramentum Baptismi, cum necesse erit ministrandum.

12 Quæ autem probata est, cum baptizabit, curet, quoad eius fieri potest,

potest, vt dux saltem mulieres, ac mater præsertim, si potest, testes præsentent ad sint, quæ in baptizando verba ab ea prolata audiant.

13 Quoniam in baptismo vnusquisque piè, ac religiosè pollicetur, operibus Sathanæ renunciare, eiusq; ue pompas deferere, id parochus, cum vsu uenerit, populum doceat, præsertim que baptisimi tempore præmoneat, non solum quomodo, & quàm simplici amictu ad illum infans deferendus sit; sed quam religiosa in Deum pietate, quàm humiliter spiritu, & quanta etiam vestitus moderatione compadres, commatresve adesse debeant.

Nec verò vllum, vel ornamentum, uel aliud quicquam, quod mûdi huius pompam præ se ferat, adhiberi patiatur: cum minimè consentaneum sit, in ipso vitæ Christianæ ingressu statim ijs rebus studeri, quibus potissimum solenni sponcione renunciat.

14 Fideles in baptizandis filijs eos potius eligant compadres, qui eorum animæ consulere, quàm qui inopiæ subuenire possint.

Cuius officij sæpius eos parochus admonebit, curabitq; vt compadres tales deligantur, qui fidei, & morum ratione, suscipiendo muneri satisfacere possint.

Cum id nostra superiori Prouinciali Synodo de compatribus præscriptum sit, vt illi tales deligantur, qui suscepti muneris partes explere possint, id aut ipsi prestare non queant, si nè rudimenta quidè fidei norint: idcirco ea cura sit parochis, vt quos cõpatres ita imperitos nouerint, ut Symbolum fidei, sine ea, quæ in symbolo continentur, ignorèt, illos eo officio suscipiendi de baptismo infantes, fungi ne patiantur.

Parochus, ante quam baptizet, accuratè in primis uideat, an qui adhibendi sunt in baptismo compadres, tales sint, quales eos esse debere, Concilijs Prouincialibus nostris præscriptum est: ac si quos aliunde certò non sit, orationem Dominicam saltem, Salutationem Angelicam, & fidei Symbolum tenere eos experiendo cognoscat. Quam ob causam ea doctrinæ Christianæ rudimenta sibi ab illis ante recitari mandet.

Caueant parochi, ne excõicatos, vel eos, qui eo anno Paschæ tpe, ex præcepto ecclesiæ peccata confessi nõ fuerint, & sanctissimam Eucharistiã non sumpserint, admittant ad leuandũ baptizatum de sacro fonte.

In baptismo etiam compater ne sit, qui sacro chrismate cõfirmatus non est; Eademq; de commatre cautio sit. Proinde parochi erit, studiose de hoc ante perquirere.

Ne præterea compater adhibeatur, neque in Confirmationis Sacramento item, qui minor natu sit quattuordecim annis, sed qui maior, vel potius ætate sit prouectiori, vt non re solùm, sed animo, atq; seriò ad interrogata, quæ in baptismo fiunt, respondeat, ac planè intelligat suscepti à se muneris partes.

Primũ, abi supra.

2. tit. 2. de cre. 10.

De conse. distin. 4. c. Vos ante.

4. quæ perti. ad Sac. bapt.

1. quæ perti. ad baptis. administ.

5. quæ ad Baptis. perti.

Primit, ut sit
prā.

Deinde cōpatres moneat, ut iocis oībus, nugisq̄ue semotis, piē, ac religioſē, quid agatur, attendant: intelligentes Christos filios spūaliter generari, teneriq; se pro suo ſuſcepcionis officio, eos Catholica fide, & probatis moribus inſtituere, ſi parentes id facere omiſerant.

16 Detestabilem conſuetudinem baptizatos infantes in altare collocandi, ut muneribus compatrum inde redimantur, Episcopi ſeu-rius uindicabunt.

Compatres, & commatres nihil infantibus, quos ſuſceperūt, aut eorum parentibus baptisimi tempore largiantur.

6. de Baptif.

17 Eorum, qui domi, aut in Ecclesia tāquam compatres ad baptisimū adhibiti ſunt, nomina, in librum baptizatorum Parochus notet: ne impedimentum matrimonij contrahendi ignoretur.

5. que ad Ba-
ptif. pert.

18 Nemo, niſi parochus, aut is, cui ille, Episcopusve nominatim con- ceſſerit, in baptisimo miniſtrando ſtatas ſolennes cęrimonias adhibeat, etiam ſi ob neceſſitatem miniſtret.

Ne ante ortū, nec verò poſt occaſū Solis baptisimus in ecclesia miniſtretur, niſi aliter fieri aliquando temporis ratio, neceſſitasve cogat.

5. vt ſup. §. ne
mo, ver. eo-
dem.

19 Quo in miniſterio non alterius cuiuſquam, ſed albi coloris ſto-
la utatur.

4. que perti-
ad Sacr. Bapt.

Baptizandi ritus, accuratē ſeruetur: nec verò vllō modo cōfundatur, ita ſcilicet, ut pro Eccleſiæ uſu, per Episcopum probato, vel aque in-
fuſione, uel immerſione baptisimus miniſtretur.

5. que ad Ba-
ptif. pert.

Ad aquam baptisimalem inſundendam, ne manus, ſed: vas, quod ob eam cauſam paratum, in fonte baptisimali, eiusve ciborio aſſeruari debet, adhibeatur.

4. Ibidem.
ca. ſi quis, de
conſe. diſt. 4.

Ad aquam baptisimalem, quę capiti illius inſunditur, qui baptiza-
tur, eamve excipiedā, quę Sacerdotis manus, ſacro oleo illite, abluunt, peluis ne adhibeatur, quę Eccleſiæ tantum uſui addicta non ſit.

1. que perti-
ad bapt. admi-
niſtr.

Parochus, Sacerdosve baptizans, caueat ne ad infantem baptizan-
dum alio Chryſmate utatur, quam eo, quod illo ipſo anno conſecratū eſt, ut ueteri Canone cautum eſt.

5. que ad ba-
ptif. pert.

20 Caueant parochi, ne ſacrum Chryſma in baptisimo à laicis at-
tingatur.

21 Neve linteola, quibus in baptizatis ſacri Chryſmatis unctio exter-
gitur, ad hoc aſſeruent, ut ijs tangenda tradant, quos parentes baptiza-
ti ſibi compatres, uel commatres fieri cupiunt.

22 In baptisimo, parochus, ſacerdosve baptizans præſentem adelle
non patiatur, neque ludęum, neque denique alium queoquam à fide
Chriſtiana auerſum.

23 Fideles uerò, qui præſentes adſunt, piē, religioſē, omniq̄ue ani-
mi attentione adelle ſapē moneat, memoria tacite, ſtudioſeq̄ue
repeten-

repetentes, quæ Deo, cum baptismum ipsi susceperunt, sanctè spon-
ponderunt.

24 Curet idem, ut infantibus proprio nomine in baptismo appellan-
dis, ea nomina non imponantur, quæ turpia, aut ridicula sunt, quæ
ve gentilium, atque ad eò impiorum, & impurorum hominum me-
moriâ referant, sed illorum, qui ob veræ pietatis, ac sanctæ reli-
gionis, virtutisque Christianæ laudem Sanctorum numero adscripti
sunt, ut & in ipso vitæ ingressu cum Ethnicis ne nomen quidem com-
mune, fideles habere uelle protestentur, & ipsi infantes etiam, cum
ætate processerint, nominum similitudine, ad eorum, à quibus illa ac-
cepta sunt, imitationem excitentur; & præterea, quos imitari studeant,
eosdem quoque frequentius precentur, ac sperent eos potissimum sibi
ad salutem, tum animi, tum corporis aduocatos fore.

25 Religiosi instituti olim fuit, diem Baptismi quotannis à fidelibus
piè celebrari, id quod S. Gregorius Nazianzenus aliquando ostendit.
Quæ sanè institutio, cum ad pietatis Christianæ cultum, piàmque
morum disciplinâ non parû adiuuanti, in primis adiutrice Dei gratia
asserere possit: eâ in usum reuocari vehementer in Domino cupimus.

Itaque Parochus, & Confessarius, prout occasio tulerit, cohorta-
tionis officio in id incumbant, ut fidelium, quorum curam gerunt, vnus-
quisque quo die baptizatus est, quotannis atque diligentiori prece, eleemo-
sina, si per facultates potest, omniq;ue charitatis opere, atque offi-
cio, spiritualisque gaudij celebritate, recolat; memor se Chyrographo
damnationis deletæ, hæreditatis cœlestis participem in Christo Do-
mino factum esse.

Qua in cogitatione, cum semper aliàs, fereq;ue in singulos dies, ut
beatus Chryostomus monet, tum eo potissimum die sanctè sese exci-
tet ad præclaram illam sponsonem, & Christianam professionem,
quam in sacro lauacro per sponsores solenniter edidit; Repete, in-
quit, sanctissimus pater noster Ambrosius, quid interrogatus sis, reco-
gnosce, quid responderis. Renunciasti Diabolo, & operibus eius;
Mando, & luxuriæ eius, ac uoluptatibus: Memor esto sermonis tui, &
nunquam tibi excidat tuæ series cautionis. Parentum cura sit, diem
ob eam causam notare, quo eorum filius Christo renatus est; Ideoque
parochus cum baptizauerit, moneat etiam, ut id ab illis fiat, præter scri-
ptionem, quam ipse eodem genere in Codicem statim parochialem
referre debet. Baptismi verò dies, qui soleant illa abrenunciationis
sponsonem, professionemq;ue insignis est, ad omnem pietatis exercitatio-
nem, usumque non pompis sæculi, non conuiuiorum apparatu, non lu-
xu, non operibus tenebrarum, cum dies lucis sit, celebretur: sed sanctæ
charitatis erga Deum, erga que proximum officijs.

Infans

4. quæ pti. ad
Sacri. baptis.

6. de Baptis.

3. de bapt. infantis expositionum.

Arg. c. parit. lōs, & c. seq. de cōsdist. 4.

5. quę ad baptif. pert.

26 Infans expositus, licet appensum collo scriptum habeat, quo ille baptizatus significetur, si tamen, re diligenter perquisita, quemadmodum Catechismo Romano expressum est, adhuc dubium sit eum baptizatum esse, ea conditionis formula baptizetur, si tu es baptizatus, ego te iterum non baptizo, et si nondum baptizatus es, ego te baptizo, &c.

27 Si duo, pluresve infantes offeruntur, qui eodem tempore baptizentur, eorum unicuique catechismum, exorcismum, & reliquas statas cęrimonias, baptismumque parochus sigillatim ministret, atque adhibeat.

Cum duo infantes, mas scilicet, & femina ad baptismum offeruntur, is ordo seruetur, qui antiquissimi ritus est, ut mari primū, deinde feminae ministretur; nisi necessitas aliter cogit. Idemq; seruetur, si plures offeruntur, partim mares, partim feminae.

28 Libris Ritualibus, canonumq; legibus permulta tradita, atq; explicata sunt, quę in adultis baptizandis adhiberi ritus postulat. In ijs omnibus Ep̄s cum diligens erit, tum magnam in eo curam ponet, ut illis præter doctrinæ Christianę rudimenta, quę necessariō scire debent, admissorum scelerum malę actę uitę pœniteat, tum ut ijdem in posterū à peccatis omnibus abstinere statuant. Vix enim vlla alia causa esse potest, quamobrem qui adulti baptismum suscipiunt, non modo vllam in Christianis virtutibus progressionem faciant; sed plenumq; flagitijs nefarijs inquinati præcipites ad perniciem, interitumque ruant, præter eam unam, quod non ita, ut par esset, affecti ipsi, nec verò ab alijs exculti, ad tantum Sacramentum accedunt.

29 Quod verò, licet horribile dictu sit, aliquando tamen euenisse compertum est, aliquem scilicet, ad turpem quæstum, iterum baptismum suscepisse, id ne vñquam porrò accidat, Ep̄scopus, antequam baptizet, omne diligens studium adhibeat, quo istos homines, vel Iudeos, vel Turcas, Maurosve, qui baptismum sibi conferri petierint, planè dignoscat, de illorumque conditione, ac statu omni, quantum licuerit, à probatis viris accipiat testimonium obsignatum, idemque exigat omninò.

1. quę pert. ad Bap. admi. nistr.

4. Ibidem.

30 Parochus librum habeat, diligenterq; custodiat, in quo baptizati, parentum, & compatrum nomen, cognomen, diemque natiuitatis, ac baptismi, & an ex legitimis nuptijs procreatus sit, describat: & quotannis singulorum annorum scriptę eius rationis exemplum det Ep̄scopo, qui id fideliter asseruandum curabit.

31 Qd̄ pij instituti, sanctęq; consuetudinis est, id ad vsum vbiq; restitui, introducive nos in Domino cupiētes, monemus à parochis, vbi primum parochię suę pueri in ecclesiā introducuntur, illis pia precatōne benedici,

benedicti, ad Sacerdotalis, Ritualisve libri præscriptum.
 Hoc autem, ut diligentius præset, aliquando, prout vsu venerit, pa-
 rochialis suæ ecclesiæ fideles instituti huius, & cōsuetudinis admoneat.
Quæ hic desunt, videantur seq. tit. & De Sacramentalibus.

De Baptisterio, vasis, instrumentisq; & alijs, ad baptizan-
 di vsum pertinentibus, cum eorum formulis.

S Y M M A R I V M.

- 1 Baptisterium in vnaquaque Parochiali Ecclesia collocandum, & qui-
 bus in alijs ecclesijs.
- 2 Eius forma ex Concilij Provincialis decreto 14. & 15. Ex' Instruct.
 verò fabricæ ecclesiæ formæ tres præscribuntur. 21. 35. 41. Quæque
 magis respondeat formæ Conciliari, num. 41.
 Baptisterio, sequentia adiunguntur.
- 3 Ciborium, cum tabella, eiusq; forma. 24. 38.
- 4 Conopseum, & quale. 29.
- 5 Sapientum & cuiusmodi.
- 6 Tegmen
- 7 Imago Sancti Ioannis, & ubi pingenda. 34.
 Vascula sacrorum oleorum, Chrysmatis, & Cathecumenorum, & cu-
 ius formæ. De Sacramentis in genere, & Sacramen. 19.
 Vas ad aquam infundendam, cochleareve, & quale. 30. & que pert.
 ad Sacram. baptisni. 19.
- 8 Mantilia, quot, & qualia. 9. Eadem ad profanū vsum non adhibē. 10.
 Vas item vnum, vsui suscipienda, & ferenda aquæ baptismalis ab Ec-
 clesia Cathedrali, vel Plebana, & cuiusmodi.
- 11 Situs.
- 12 Baptisteria in Ecclesijs, capellisve separatim extructa, toleranda: &
 non extructa, ubi edificanda.
- 13 In eis sepulchra non extruenda.
- 14 Baptisteria, cum sacratio annexo, quibus in ecclesijs conficiantur. 15.
- 16 Baptisterij formæ tres, cum ex Instructioibus ecclesiasticæ fabricæ
 præscribantur, quibus in Ecclesijs formæ primæ adhibendum.
 Prima Baptisterij formæ, cum illius situ, more Romano, qualis. 21.
- 17 Capella Baptisterij ipsius locus, & formæ.
- 18 Altare capelle ipsius.
- 19 Capella ipsa ubi exstrui non possit, qui locus alius deligendus.
- 20 Baptisterij, more Romano, & Ambrosiano distinctio.
- 22 Baptisterij, more Ambrosiano, situs, & formæ.

Baptiste-

- 23 Baptistery Romani, & Ambrosiani, communia sunt h.ec.
- 24 Ciborium, & quale.
- 25 Mensa ciborij, & qualis.
- 26 Situs, eiusque forma.
- 27 Sepimentum, & cuiusmodi.
- 28 Eiusdem sepimenti ornatus, & tectum, & cuius qualitatis.
- 29 Conopseum, & cuius panni, colorisq; ac forma, & supra num. 4.
- 30 Armarium sacrorum oleorum, & quale.
Cochleare, ad aquam insundendam, & quale, quidque aliud. 34.
- 31 Baptistery aliud angustius, ubi, & quando conficiendum.
- 32 Baptistery Romani, Ambrosianiq; vsui, quæ altera Sacelli, siue forma, & quibus in ecclesiis constituenda.
- 33 Baptistery à latere dextro, quando collocandum.
- 34 Imago Sancti Ioannis Christum Dominum baptizantis.
- 35 Secunda Baptistery forma, more Romano, qualis.
- 36 Qualis item Ambrosiano more.
- 37 Communia utriusque secundæ Baptistery formæ.
- 38 Ciborij, & armarij utriusque formæ.
- 39 Ciborij altera forma.
- 40 Valis ciborij, quales.
- 41 Tertia Baptistery forma ex vsu Romano tantum.
Baptistery clavis à quo custodienda. De Sacramen. in genere, & sacramentalibus.
- 42 Fontis benedictio, ubi, & quo tempore agenda.
- 43 Qui & quot ad illam conueniant, & qui excusentur. 44.
- 45 Cum ipsa benedictio in Cathedrali fit, ab Episcopo obcuranda.
- 46 Aqua benedictæ de mos, baptismi tempore, ob fontis defectū, tollendus. Cætera, quæ ad baptismi Sacramentum administrandū pertinent. Videantur superiori tit. Quæ pert. ad Sacram. Baptismi.

Primum, quæ pert. ad Bapt. administr.

3. quæ ad sacramentalia, &c.

4. quæ pert. ad Sacramen. baptis.



Ingulæ parochiales Ecclesiæ, singulos fontes habeant, in quibus diligenter toto anno seruetur aqua baptismatis, solenni Ritu benedicta.

Fons baptismalis, ne vsquam in aijis ecclesijs quam in parochialibus sit, vel Ep̄i concessu in illis locis, vbi propterea quod parochialis Ecclesia lōgius distat, idem populi commodo magis consulendum esse censuerit.

2 Fons baptismalis è marmore, aut è solido lapide constet: qui si præ rimulis, aliave ratione, eiusmodi est, vt inde aqua sensim effluat, lapis alius bene firmus, solidus, ac tuus, quamprimum comparetur.

Interea verò ad aquam baptismalẽ tutò continendam, dū ille alter paratur,

paretur, non vas fictile, alteriusve generis; sed æreum, stanno ab interiori parte illium, tanta magnitudine, quanta lapidis uacuitas est, ita ponatur, ut intrinsecus illum undique strictim attingens, beneq; compactum, eidem cohaereat.

3 Habeat operimentum, vel ciborium ad sacra olea turò, decenterq; conseruanda in eo ipso fonte accommodatum, nisi ubi ex instructionibus nostris aliter exstruendum est.

Tabellam habeat item intrinsecus, quæ dimidia tantum aperiatur, fontisq; ostium compressè claudens, aquam à puluere, & aliis fordibus cautius tueatur. Quæ tabella in omnibus fontibus sit, in quibus per infusionem baptizatur; in ijs uero, in quibus immerio adhibetur, si petra ipsa pro eius magnitudine id patietur, sine impedimento immersionis.

4 Conopæo etiam è tela saltem, opertum sit.

Conopæum uero baptisterii è serico albo sit, uel saltem, in Ecclesijs scilicet, quarum census tenuis est, è tela linea tenui: amplitudine autem, & ornatu, ut supra. Appendatur, & annectatur in ciborijs summitate, & cruci subiecta.

Inst. fab. li. 2.
De Conopæo.

5 Sepiatur omninò unumquodque baptisterium, si ferro, uel lapide, Episcopi iudicio non poterit, saltem ligneis cancellis.

4. quæ pti. ad Sacram. bapt.

6 Præterea, si extrâ fornicaram capellam, aut parietis concauitatem hemicycli instar constructam, totum aut ex parte sit, tum tegmen habeat, quod ex marmore, uel ex asserebus constet, aut saltem è tela, decenter picta.

7 Decebit etiam in capella, aut in pariete proximo S. Ioannis imago, Christum Dominum baptizantis.

4 ut supra.

8 In baptismalis fontis ciborio, mantilia duo, eaque candida, ab omni neque torde munda assereuentur, quæ infantis capiti abstergendo usui sint. Pluraque ideo in Sacristia id gnis mantilia certo loco conseruent. Præterea alia eiusmodi mantilia sint ad eum usum, uidelicet in Cathedrali sex, plurave in collegiata curata, quâ plurave, in parochiali quattuor.

9 Pannus, seu Sabanum, quod ab baptizati caput abstergendum adhibetur, è tela byssina, quod pretiosius, usui ministerij Episcopalis est, constare debet: è tela uero linea, quod ab alijs, adhibebitur. Erit uero circumquaque, aptè, decorèque simbriatum è tela, uel byssina, uel linsea. longitudine erit cubitorum trium: latitudine uero tanta, quanta est tela, è qua constat latitudo.

Inst. fab. libro 2.
De panno ad abst. cap. bapt.

Ut certum vasculum sit, quo, & in urbe è Cathedrali, & in diocesi, è præpositionali plebana Ecclesia in Sabbato Sancto, uigiliisq; Pentecostes, ad unamquamque parochialem Ecclesiam aqua baptismalis afferatur; parochi singuli phialam paruulam ex argento, aut è stanno pretiosiori, dedita.

Inst. de for. supellec. li. 2.
De vase ad aquam baptism. ferent. accom. modato.

dita opera consecram, sibi comparent, quæ huic solum, neque alij præterea vsui sit.

Hac porro phiala eiusmodi sit, quæ duas, tresve uncias aquæ capiat; habeat præterea tum operculum, cathenula minuta affixum, quo, in orbem ubique versatili integatur: tum alteram item cathenulam, operculo uncijs tribus altiore, quæ illi deferenda vsui esse possit, adiungatur. Et huic cathenulæ cordula sericea, quæ dum affertur, à collo Sacerdotis ferentis pendeat.

4. Ibidem.

10 Si verò, uel mantilia, uel sudariola ad eum usum aliquando afferuntur; ea, nisi noua, ne adhibeantur: tum noua adhibita ne in profanum, sed in ecclesiæ usum, cui rectè accommodari possint, cõuertantur: alioqui comburantur.

11 In ecclesiæ ingressu collocatus fons baptismalis, isque à sinistra ingredientium parte: nisi quibus in ecclesijs pro situs ratione illum, ab altera parte potius collocandum, Episcopus iudicarit.

6. quæ ad cultum eccl. pti.

12 Quæ verò Baptisteria in ecclesijs, capellisue, eo potissimum nomine extructis, Cathedrali, uel collegiata, uel parochiali Ecclesiæ ferè adherentibus, extant; illa non amoueantur; sed ecclesiæ, aut capelle, ubi illa sunt, instaurantur, aut reconcinnentur. Vbi verò in ecclesijs, præsertim insignioribus, non sunt; in posterum eas, uel ecclesias, uel capellas ædificari, in illisque baptisterium construi, idem Episcopus curet.

4. vt supra.

13 In Baptisterij sacello nullum sepulchrum, sepulchrum uel extructi licet. Si quod autem baptisterium extrà sacellum ædificatur, permittitur, ne sepulchrum proximè fiat: sed tam longè, ut ab illius sepimento sepulchrale os distet, spatium cubitorum saltem triū, ac præterea concanitas sepulture ne sepimentum attingat.

Instr. fab. li. 1. De Baptisterio.

14 In baptismali fonte, ubi per infusionem baptizatur, id planè caueatur ut ne aqua, capiti infantis infusa, in eundem fontem recidat; sed in sacrarium profluat: idque propterea sacrarium è marmore, solidoye lapide propè fontem construatur, ad præscriptum instructionum.

Instr. ibidem. De loco & forma capelle Baptisterii

15 Baptisterium igitur, cum sacrario in singulis Cathedralibus, & item, ut in Concilijs nostris Provincialibus præscriptum est, parochialibus, atq; in alijs etiam quibusuis Ecclesijs, ubi uel animarum cura geritur, uel facultate ab Episcopo, ob causam data, illud constitui concessum est, forma, & modo infra præfinito, pro uniuscuiusque ecclesiæ ratione, amplitudine uel exstruatur.

Instr. ibidem. De loco & forma capelle Baptisterii

16 Primo in unaquaque Ecclesia Cathedrali, & Archipresbyterali, Præpositurali uel, alioque nomine, quæ caput Plebis sit, Baptisterij locus, & forma hæc esse potest.

17 Locus à fronte Ecclesiæ, prout situs fert, distans, ad meridiemq; uergens,

gens, architecti iudicio deligatur: quo in loco Sancti Ioannis Baptiste nomine sacellum, capellave, cuius vacuum sit triginta tribus circiter cubitis edificetur insigni structure opere, pro illius ecclesie ratione.

Forma ex edificationis rotunda, aut octangula, aut sexangula, aliave eiusmodi, que perfecti circuli fines non egrediatur, adhibenda est: illa vero accommodatior, & decentior, que octanguli similitudinem exhibet.

Tectum edificij huius fornicato, concameratove opere sit, ac pro modo forme eminentius fastigiato, laminiq; plumbeis operto; tum in ipso summo fastigio è tholo constet, unde lux ab omni parte excipiat.

Pavimentum è marmore, lapideve solido, & opere tesellato, aut, ubi id non potest, testaceo saltem fiat: à soloque via publicæ extet altius gradibus tribus, pluribusve, modo ne solo Ecclesie altius sit.

Ianua ad occidentem versus spectet, parvo vestibulo ornata: formaque visupra, in ostio Ecclesie demonstrata.

Fenestræ plures, pro edificij modo, & architecti periti iudicio; singula autem forma, etiam architecto probata pro ratione edificij.

Edificij totius altitudo, usque ad summum fastigium ducta, latitudini respondeat, pro operis ratione; idque de consilio item architecti.

18 Altare unum tantum in hoc sacello edificandum est; cubitis duobus à pariete, ad orientem versus extructo, distans, si modo amplitudo sacelli tantum spatij ferat: forma autem reliquorum altarium, & modo prefinito fiat, muniatur, sepiatur, instruat, atque ornatur.

Super quo item altari in pariete expressa sit sacra historia sancti Ioannis Baptiste, Christum Dominum baptizantis.

Si vero ne altare prefinita amplitudine, & ratione extrui, ullo modo potest; illius saltem loco sit icona, aut pictura sacra, in pariete expressa Sancti Ioannis item Baptiste.

19 Vbi præterea sacellum Sancti Ioan. Baptiste, ab Ecclesia separatum non est, neque item præ facultatibus edificari potest, tunc in sacello Ecclesie Baptisterium forma, infra suo loco demonstrat fieri poterit, concessu Episcopi.

20 Sequitur, ut Baptisterij formam demonstremus, quam ita distinguimus, prout baptismi ministrandi nunc usus est. More Romano baptisteriū illud diximus, illam scilicet baptisterij formam accommodatam ad baptizandum aque effusione, cum in ecclesiis serè omnibus, ritu Romano utentibus, ita baptizari moris, & consuetudinis frequentioris hodie sit. Alteram porro formam extructam ad usum baptizandi immersione, appellamus baptisterium, Ambrosiano more: ut potè cum hic immersionis usus in ecclesiis ritus Ambrosiani seruetur, ac retineatur.

21 Situs Baptisterij in media capella esse debet; isque cum latè patens cubitos undecim; tum ita profundus, ut à capelle pavimento descendatur

tribus

Instr. fab. li. 2.
De Altari capellæ Baptisterij.

Instr. fab. li. 1.
à loco Baptisterij vbi separatim ab ecclesia extrui non potest.
Ibid. de distinct. Baptist. more Roma, & Ambr.

Ibid. de situ & forma Baptist. more Roma.

tribus saltem gradibus: hocque descensu & aliquantula profunditate, aliquam sepulchri similitudinē exhibeat. In imo autem graduum descensu spaciū vacuum sit: quod per diametrum amplē pateat cubitos septem, & uncias sedecim.

In eo spatio medio vas baptisterii, in quod aqua defluet, ponatur: cuius latitudo vacua per mediam rectam lineam sit cubitos tribus: altitudo duobus. Forma autem sit, vel rotunda, vel octangula, vel alia, quæ cum forma capelle conueniat. Conficiatur verò ex uno, si potest, lapide solido, marmoreo, vel alterius generis: aut è duobus, pluribusve laminis marmoreis, lapideisve, crassitudine unciarum octo, eaque laminæ solidæ, nec spongiosæ sint, rectè, atq; apta cōmissura inter se compactæ, ac firmiter conglutinatæ: intrinsecus præterea opere leuigato expolitæ; extrinsecus, decenter ornatas specie piè exsculptæ.

Huius vasis fundus sternatur, ac solidetur, si ex uno tantum lapide non constat, sectilibus crustis marmoreis, siliceisve, aptè, ut supra inter se connexis, bitumineq; benè firmatis. Undique item diuexus, ac paululo accliuor sit, exiguos aliquot canaliculos habens: quibus ad foramen, medio situ sub basi columelle suffosum, aqua deriuetur.

Sub fundo præterea huius vasis, cisterna paruula, pro sacratio loco subterraneo effodiatur; in quam aqua, ex infantis, qui baptizatur, capite lapsa, confluat.

In eiusdem fundi, lociue medio, columella marmorea figatur, erigaturque, supposita eius scapo basi triangula, aut quadrangula, sexangulaue, aut alia, quæ uidebitur, forma; eaque politè, & ornato opere decenter elaborata.

In columelle huius summa parte uas ipsum baptismale, in quo per totum annum baptismalis aqua seruabitur, aptè, decenterq; collocetur.

Quod uas, forma rotunda, vel octangula sit, aliaue eiusmodi, quæ respondeat formæ capelle, uasisq; inferioris: latè autem pateat cubitos duos, profunde autem uncias circiter duodecim, aut paulo amplius, pro urbis, locorumue amplitudine, proq; ecclesiarum ratione.

Hoc uas altius collocatum illo inferiori esse poterit uncijs circiter sexdecim: altitudine scilicet, ab inferioris summo labro ad huius, quod superius est, uasis labri summitatem, perpendiculari ductæ.

Atque hæc quidem de forma, & situ baptisterii more Romano, nunc sequitur situs, & forma, more Ambrosiano.

Primò situs baptisterii in media capella, atque eiusmodi, ut gradibus eo cum descendatur, ad instar sepulchri sit; quemadmodum supra in forma baptisterii Romani demonstratum est.

Vasis autem baptismalis forma, quam ex antiquis baptisteriorum, uestigijs per ueterem esse animaduertimus, hæc ipsis baptisteriis extruendis præfinita

Ibid. de situ
& for. Baptif.
more Ambr.

presinita in eiusmodi ecclesiis, Cathedralibus, Plebanis, Præposituralibus, Archiepiscopalibusve adhibenda erit.

Vas è marmore, lapideve solido, non spongioso fiat: quod si ex uno tantum integro lapide marmoreo fieri potest, ad baptismalis fontis instar sepulchri, exstruendi, vsus accommodatus erit, si minus ex vno solo, è duobus, ac si ne ex his quidem, & pluribus lapidibus quadratis, aptè inter se compactis, bitumineque firmiter consolidatis exstrui potest.

Qui lapides crassitudine unciarum octo ab interiori parte leuigato opere expolito, ab exteriori decenter pia sculptura elaborati esse debent.

Forma, vt illud superius more Romano, octangula, aut rotunda, aut alia cum edificij ratione conuenienti.

Altitudine ab ima ad summam partem ducta esse debet cubitorum duorum.

Latitudine per vacuum ducta, tricubitali.

Foramine ab ima parte, quæ ad orientem versus statuetur, triunciali sit, vnde cum aqua baptismalis renouatur, vetus in sacrariū quod subtus, vt infra demonstratur, instar paruulæ cisternæ exstruetur, defluat. Id verò foramen ligno quærneo, vel fraxineo, eoque arido, stuppæ inuolucris obducto, aut alia firmiori ratione, bene obstruatur.

Fundo solido, inte groq; constet, si ex vno tantum lapide factum est, si verò à pluribus, fundum habeat, accurato, diligentiq; testaceo opere confectum, & solide ita pavimentatū, vt ne rimula quidem sit, vnde aqua sensim effluere vilo modo possit.

Eiusmodi præterea fundus sit, vt totus accliuiter pèdeat ad foramē uersus.

In umbilico capellæ, situs ue presinitus, eiusmodi vas, firmiter communitum, statuatur, vt supra.

Cisternula, in quam aqua baptismalis, cum renouatur, effluet, à parte orientali pro sacrario suffodiatur in plano, quod circum baptisterij vas est. Quæ cisternula, propè baptismali vasi adherēs, ex ostiolo vndiq; cubitali constet: hocq; valuis, sera, ac pessulo firmiter muniatur: tantūq; pateat, cum per illud, aperto vasis foramine, aquam effundi opus est.

23 Huius Baptisterij Ambrosiani, & Romani, quod ad exstructionem attinet, hæc communia esse possunt, operimentum, seu ciborium, situs spatij, sepimentum, ornatus, tectum, & conopseum, vt mox infra vniuscuiusque forma demonstratur.

24 Operimentum igitur, quod ciborium dicunt, & vtriusque baptisterij vsui accommodatum esse potest, è marmore, lapideve solido in Ecclesiis insignioribus fiat: & columellis, pilastrisque angustioribus, vt in intercolumnijs satis commodi spatij detur, altitudine duorum cubitorum suffultum, firma structura nitatur.

Instr. fab. li. i. Cōmunia baptisterij Roma. & Anbr.

Ibid. de ciborio.

Quæ columella, pilastrata eundē, ubi ritu Romano baptisterium est, vasis inferioris labro summo fixa collocentur; ubi Ambrosiano, in vasis ipsius baptismalis labro consolidate hæreant.

In earum columellarum summitate, Epistylj, & Zophri ornatus decēs Coronarūq; de architecti cōsilio adhibeatur, tum totum opus operimentū contegatur tecto marmoreo, forma orbiculari, aut pyramidali: in cuius summa parte statua collocetur sancti Io. Baptista, Christum Dominum baptizantis. Spatia autem illa, inter pilastratas interiecta, valvulis æneis, aliqua pia hystoria conflatis, ita occludantur, ut cum vasa venerit, amoveri queant.

Instr. Fabr.
ibid. de Mensura.

25 Vasi baptisterij, siue Romano, siue Ambrosiano more, forma supra prescripta constructi, & ceteris item alia forma infra demonstratis, ad baptismalis aquæ asseruandę mundiciem, mensa è duabus tabulis nucis constans, sibusque ferreis mediā inter se iuncta, & inter ciborium, vasa ipsū collocata adhibeatur: qua eiusdem vasis ostium, pro illius vasis summa, & modo planè tegatur, & claudatur.

Quæ mensa, ubi ritu Ambrosiano mergendo baptizatur, in baptisterijs solum amplioribus locum habeat: ne infantis immersio impediatur: in omnibus autem, ubi ritu Romano baptismus infusione ministratur, esse potest.

Instr. Fabr.
ibid. de situ vtr. baptist.

26 Situs vero vtriusque baptisterij, forma eadem sit, qua vas baptismale, & capella.

Huius situs planum solidetur tessellato opere marmoreo: cingatur columnario opere à summo gradu.

Instr. Fabr.
ibid. de columnario.

27 Forma columnarij sit, pro baptisterij edificationis modo constat columnis octo, ordine singulis, aut sexdecim, ordine binis: si sexangula forma, ex columnis sex, aut duodecim pro forme ratione.

Ibid.

28 Ornetur, & cingatur à summa parte Zophoro, & coronicibus de architecti consilio.

Operiatur tecto laqueato, aut fornice, aut opere concamerato arundinibus firmiter contexto, tecto; ique incrustatione, & albaj operis celati, inauratiq; specie exornato.

Inter septum sit etiam hoc columnarium clathrato opere, ab una ad alteram columnam ducto, atque ita omnino, ut de clathratis ferreis capellarum supra prescriptum est.

Instr. Fabr.
ibid. De cochleario.

29 Conopseum ad ciborium totum contegendum adhibeatur: idque è sericeo, aut subsericeo, coloris albi sit. Qui color mysterij huius sacramenti rationibus respondet: non tamen è tela decenti eiusdem coloris, vetatur.

Instr. Fabr.
ibid. De cochleario.

30 Cochleare argenteum, ad aquam infantis, qui baptizatur, capiti infundendam adhibeatur: idque è superiori vase, manubrio, à summa parte paululum adunco, appendatur.

Eiusmodi

Eiusmodi sit, ut ab illius ore, e parte sinistra labrum paulò contractius, instar parvuli canalis existat: unde infantis caput aqua tenuiter effundatur:

30 Armarium autem, in quo sacri chrisimatis, & olei catechumenorū vasculum, liber Ritualis sacramentorum, mantilia, & reliqua, ad baptismi ministratiōe necessaria, reponuntur, ad baptisterij, Romano, Ambrosianove more exstructi, usum in ipsa capella ab aliquo latere in pariete, aut parieti adherens, de consilio architecti fieri poterit, Valuis, sera, & pesfulo bene clausum, marmoreoque opere, sculpturavè pijs imaginibus elaborata ornatum; intrinsecus autem partitum, ac decenter distinctum pro ratione, & usu rerum, quæ ibi afferenda sunt; tū verò tabulis populeis circum amictum, aut alijs eiusmodi, ut ab humiditate, quæ ex muro, aut marmore existit omninò defendatur. Panno autem serico, albi coloris undique circumvestitum sit.

Instr. Fabr. ibid. De Armario, &c.

31 Vbi verò, præ situs angustia, aut præ tenuitate facultatum Sancti Iohannis Baptistæ sacellum, & Baptisterium ita amplum, atque altum exstrui non potest, eadem tamen utriusque servata forma, angustius fiat; ita ut Baptisterium, remoto columnario opere, clathris solum ferreis, gradui quem unum tantum in descensu habeat affixis cingatur, & tecto sacelli solo operiatur; cum alterum proprium, pro edificiij humilitate habere non queat. Facultas præterea operimenti, ciborij ve, etiam cum armario conuulsi, ex ligno, forma, ut infra demonstrata, construendi erit, ubi marmoreum illud fieri non poterit.

Ibid. De baptisterio angustiori.

32 In omni ecclesia parochiali, aliave inferiori, ubi fontem baptismale constitui concessum sit, intus ad ostium maius, & à latere ubi Evangelij legitur, sacellum, capellave extruatur, quæ instar aliarum capellarum lateralium sit, quæ pro altaribus exadificantur.

Instr. Fabr. ibi. De altera sacelli, situsve forma, &c.

De illius pavimento, limine, longitudine, latitudine, altitudine, toto denique spacio fornice, clathris ferreis, alijs ve, & cæteris seruentur, quæcunque in alijs capellis, quæ cum altaribus sunt, præscribuntur.

Quibus verò in ecclesijs, præ situs angustia, exstrui non potest, quæ tantæ magnitudinis sit, quantam præfinimus; ea tamen omninò exadificetur, quæ situs sui spacio, baptisterij saltem opus rotum supra demonstratum capiat; tum præterea aliquantulum loci sit sacerdoti, baptismum ministranti, & compatribus.

Ibid. Instr. De loco, ubi capella extruatur.

Si verò ab Evangelij parte ad præscriptum capella hæc exstrui nullo modo potest, ab altera parte, ubi præfinita forma, & commodius possit, ea exadificetur arbitrio Episcopi, ut infra exponitur.

Vbi autem per loci angustias, nè ab altera parte, neq; hac exigua quidem magnitudine, fieri capella potest; tunc ab Evangelij latere ad ostium paries aliquantulum ita concavetur, ut foris etiam ad hemicycli.

formam promineat: in qua concauitate baptisterium totum, aut pars, aptè cohereat, & clathris ferreis, à tribus partibus sapiatur.

Vbi præterea neque hac forma exstrui potest, ab eo ipso latere, prope parietem illud tolleretur, ea tamen adhibita ratione, ut ne vel impediatur, vel occupari à situ ianue possit, quæ ab eo latere fiet: & clathris item, ut supra, muniatur: ita tamen, ut inter hæc, & ipsum baptisterij opus, spacij tantum intersit, quantus est cubitus, aut paulò amplius, pro situs ratione. Illa autem cautio ne baptisterij situ ianua, quæ à latere maioris ostij est, impediatur, adhibenda est, etiam accuratè in omni, infra demonstrata baptisterij forma.

Verùm quo maximè, si potest, caueatur, ne baptisterium parieti proximum adhaereat, cùm ecclesia, nullis etiam nauibus constans, ampla tamen est; tunc ad illius ostium, ab eodem euangelij latere, situs, qui ab uno, & altero pariete cubitis duobus, vel plurius, pro spacij modo, seruata illa, ut mox supra, ratione equè distet, clathris ferreis, forma quadrata, aut octangula, uel eiusmodi presiniatur.

In cuius situs medio baptisterium, cuiusmodi forma sit, ita collocetur, ut ab omni clathrorum se pimcto cubiti unius, & dimidij saltem, si potest, spatium absit.

Si uero nauibus, & intercolumnijs, non ualdè inter se distantibus, ecclesia exstructa est, intrà illius tantum intercolumnij, ecclesie ostio maiori proximi, fines, ab eo ipso euangelij latere, aut in eo spatium, quod inter columnio, & ianua maiori continetur, baptisterium, prescripto spatium, clathris ferreis concludatur: atque ita, ut is situs conclusus formam quadratam, aut octangulam, aliamuè, quæ pro loci ratione commodior, decentiorque videatur, exhibeat.

Quæcumque uero de forma clathrorum, & altitudine loco de capellis supra dicta sunt, eadem in clathris pro baptisterio, seruanda erunt.

Baptisterium quocumque situ, uel forma in ecclesia constructum, si Episcopi iudicio præ tenuitate facultatum cancellis ferreis sepi non potest, nec marmoreis item; ligneis saltem muniatur, ut de capillis prescriptum est.

Infr. ibidè.
De loco Baptisterij à dextero latere.

33 Vbi Episcopi iudicio à dextero potius, quàm à sinistro ecclesie latere commodius, prescripta ratione, baptisterium constitui queat; ab eo, eiusdem facultate data ponetur, seruata in cæteris, proximè prescripta ratione.

34 Baptisterij capella, seu hemicyclus, seu paries, proxima pictura Sancti Ioannis Baptistæ ornatur, Christum Dominum baptizantis.

In eiusmodi capella, aut loco, situ uel baptisterium, ad quod uero, pluribusuè gradibus descensus fiat, & forma, in cæteris etiam superius demonstrata, ecclesieque, uel Romanæ, uel Ambrosianæ usui accommodata, exseruatur, si pro facultatum ratione potest; si minus formæ sequens formanda est, more Romano.

35. Vas rotundum, aut alia decenti forma, quae videbitur, è marmore, aliud solido lapide, per diametrum latè cubitis duobus & dimidio patens fiat; profundum uncis octo, aut decem ad summum; & in fundo sensum concavum, cum suis, ut supra canaliculis.

Instr. fab. v. sup. de forma secunda, &c.

In base, columnarè collocabitur; à pavimento autem, usque ad labrum vasis non altius cubitis duobus.

In eius medio foramen, digito circiter patens sit, quod per columellam, basemque usque ad parvulam cisternam, effusa aqua baptismalis excipienda causa suffossam, penetret.

Præterea, in eiusdem vasis medio, alterum etiam vas, marmoreum itidem forma simili, & amplitudine minori, ita ut per diametrum cubito uno, & uncis octo, cum ipsius vasis crassitudine, latè patens, statuatur.

Ibid. de altero vase.

Idque vas sustentetur aliquo marmoreo, lapideovè fulcimento, quod in vase inferiori nitatur.

Hocque ipso in vase minori baptismalis aqua asseruetur.

36. Forma autem Baptisteryi Ambrosiani secunda, hæc erit.

Vas modo, ac forma, ut mox supra more Romano præfinita, fiat: at in medio non perforatum, sed profundius excavatum; nec verò superiori vase, ut illud constet.

Ibid. de forma secunda, &c.

Sin autem vas ipsum non ex solido lapide factū sit, ita ut aqua sensum disperdatur; in eo inseratur aliud vas stanneum, æreumve stannatum, donec aliud lapideum solidum, nec rimosum, spongiosumvè paretur.

Sacrarium autè ad baptisterij huius, more Ambrosiano exstructi, usum fieri potest uno, aut altero modo infra demonstrato de sacrarijs: ita tamè, ut & baptisterium, & sacrarium infra vnius septi fines concludantur.

Ibid. de sacra-rio.

37. Pavimentum autem Baptisteryi, cuiusmodi forma, siue Romano, siue Ambrosiano usu demonstrata sit, etiam in ecclesia ita profunde sternatur, ut siminis tribus gradibus, uno saltem ad baptismum descendatur, quamvis baptisterij vas, columella suffultum, emineat.

Ibid. Cōmunia utriusque cū dæ Baptist. formæ.

Baptisterio, quod extrà capellam, hemicyclivè concavitatem totum, vel ex parte positum est, siue parieti inhereat, siue ab eo distet, fiat tegumentum, aut opere fornicato, quod duabus, pluribusve columnis, ab ipso pariete paululum extantibus, suffulciatur, aut struatur tabulis scetilibus, usque pictura piè ornatis, aut è tela picta fiat. Quod è ligno, aut è tela integumentum, cathenis ferreis è tecto pendentibus, aut alia firma structura, sustineatur.

38. Ciborium verò, & Armarium utriusque commune, eiusmodi fiet.

Instr. ibidè. De ciborio, & armario.

Pyramidis forma illud exstruetur ex tabulis scetilibus nuceis politè elaboratis, & ubi potest, pictis etiam, atque decore inauratis. Quæ tabule inter se aptè commissæ, & compactæ, omni coassatione cohereant: earumque commissuræ parvulis, tenuibusque assulis, coronibusve

rectè annexis, ita contegi debent, ut nec puluis, neque vllæ aliæ fordes in baptisterium penetrent.

Id ciboriū labro vasis inferioris Baptisterij, si Romani moris est, si Ambrosiani, summitate labri ipsius vasis baptismalis, nitatur, atque suffulcitur. A cuius ciboriij parte superiori, armarium parvulum, asseruandis sacris oleis, alijsque rebus, ad baptismi ministracionem necessarijs, accommodatum, exstrui debet: quod à summo vase distet uncijs circiter octo; intrinsecus autem tela serica coloris albi, bene circumuestitur.

Ibid. de ciboriij altera forma.

39 Ciboriij præterea forma altera esse potest: quæ è ligno etiam, ut altera, confecta columellis, & pilastris ligneis suffulta, eodem modo fiat, quo supra demonstrata est forma ciboriij marmorei.

Ibid. de valuis ciboriij.

40 Ciboriij valua, quacumque forma illud sit, anteriorem partem Ecclesię spectare debent, ut & baptizatis Sacerdotis facies, & infantis, qui baptizatur, caput ad orientem versus respiciat.

Nec verò intrinsecus, sed extrinsecus illa aperiantur: & ample præterea sint, ut ijs apertis, totius baptisterij dimidia pars pateat. Clauæ autem, seras, pefuloque firmissimè claudantur.

Ibid. de Baptist. forma tertia, &c.

41 Alia tertia sequitur baptisterij forma, quæ vsui Romano tantum accommodata permitti poterit, vbi Episcopus præ magna inopia necessario illam concedendam censuerit.

Lapis marmoreus solidus, opere sculptili eiusmodi appareatur, qui forma ouata sit, ac longè cubitos duos, et uncias octo pateat: latè cubitum unum, & uncias duodecim.

In quo lapide, vasa duo, eaq; unciarum trium intervallo inter se distent, & scalpro politè concaveantur; quæ, & forma rotunda sint, & eadem altitudine, amplitudineque item.

Trium columella etiam, ad formæ præscriptæ modum, sub ornato lapide statuetur.

E duobus his vasibus vnus erit, ad altare maius vergens; in quo aqua baptismalis asseruabitur: alterum, in quo, dum baptizatur, aqua eadem effundetur: idque spectans ad parietem, altari maiori appositum.

Idcirco in huius fundo parvulus canalis fiat: per quem ad foramen, quod à latere in vna parte fodietur, aqua ducatur; indeque per columellam, intus uacuum penetrans, ad subterraneam parvulam cisternam defluat.

Ibid. de

Hoc item Baptisterium operimento, ciboriouè ligneo, ex præscripta supra forma, contegatur: armariolo item, ut supra exstructo: & conopæo item adhibito.

4. quæ pertinet ad Sacra, bapt.

42 Vetus illa consuetudo, quæ adhuc in compluribus huius prouincię locis recentia talis est, ut & Sabbato Sancto, & Sabbato item Pentecostes.

stes, frequenti sacerdotum conuentu, ac solenni ritu, cum in Cathedra
li Ecclesia, tum in diocesis etiam locis, ecclesiisue plebanis, fontis
baptismalis benedictio fiat, vbi in prouincia nostra hoc tempore,
non seruatur, omninò introducatur, in vsumque vbi intermissa
est, reuocetur.

43 Quibus statè; solennibusque sabbatis, ad illius solennis benedi-
ctionis officium omnes, singuli que ecclesiarum quarumcumque quo-
uis etiam dignitatis nomine, tituloque insignium rectores, quibus ani-
marum curationis munus incumbit, qui in Vrbe sunt, in Cathedra-
lem; qui in Diocesi, ad suam quicque plebanam ecclesiam frequen-
tes conueniant.

Si verò exemptionis nomine, aliave ratione quis à plebanæ ecclesie
iure liber, atque immunis sit, non tamen expressè ex priuilegio Apo-
stolico, huius solennis benedictionis officij concelebrandi causa in-
eam plebanam ecclesiam conueniat, intrà cuius fines habitat, aut cui
propinqui or est, vt Episcopus potius censuerit.

Nec verò propterea in ceteris quicquam illius immunitati, liberta-
tue derogatum sit.

44 Hoc autem decreto adstrictos non teneri statuimus illarum eccle-
siarum, etiam quæ parochiales tantum sunt, rectores, quibus, vel ob
locorum longinquitatem, vel ob aliam iustam causam Episcopus fa-
cultatem scripto exaratum, daret fontis baptismalis, in illorum eccle-
siis solenniter benedicendi. At verò ea facultate, ne propterea ec-
clesiæ plebanæ iuri quicquam præiudicij vllò vniquam tempore alla-
tum censeatur.

In ijs porrò ecclesiis, quibus hæc baptismalis fontis solenniter be-
nedicendi potestas aliquando fiet, statis illis duobus sabbatis, is be-
nedictionis ritus celebretur, sacerdotibus tribus saltem presentibus,
ad illam adhibitis. Id præterea, de tribus scilicet sacerdotibus adhi-
bendis locum in omni ecclesia habeat; si quando per annum in ali-
qua ecclesia, extra illa stata duo sabbata, illius fontis aquam baptisma-
lem ob extraordinariam causam renouari necesse erit.

45 Fons baptismalis, quem statis illis solennibus diebus in Ecclesia,
Cathedrali consecrari solenne est, consecrandi officium, atque manus,
nisi Episcopus legitima causa impeditus sit, ipse obeat.

46 Ille verò, vbi nullus fons baptismalis est, introductus in aliquot
locis mos aquæ benedicendæ, consecrandæve, quo tempore baptis-
mum ministrari oportet, tum baptismo celebrato, in sacrarium proj-
ciendæ, tollatur in posterum omninò.

Quæ pertinent ad Sacramenti Confirmationis
administrationem.

S V M M A R I V M .

- 1 Administrationis Sacramenti huius dies denunciandus.
- 2 Eius vis à parochis explicanda, & qua ratione. Et de Sacramentis in genere, & Sacramental. 8.
- 3 Instruendusq; populus, qua religione illud suscipiendum. 4. 12.
- 4 Quo tempore, dieve ipsa instructio faciendā à parochis urbanis.
- 5 Vt ab omnibus illud suscipiatur, parochi cura. 8.
- 6 Suscipere negligens, cui pœnæ subiaceat.
- 7 Negligenti hinc, vt occurratur, quid faciat parochus.
- 8 Orationem etiam instituat, & ad quem finem 9.
- 10 Adultis, vt de peccatis confiteantur, & c. eiusdem cura.
- 11 Vt confirmandi, pridie caput lauent.
- 12 Cetera instructione eo nomine comprehensa, ab eodem denuncianda.
- 13 Parochi diœcesani, urbanis parochis præscripta, in monendo, docendoque populo, de huius Sacramenti susceptione exequantur, & quando.
- 14 Pentecostes sollemnitate id ab Episcopo ministrandum.
- 15 Paschæ etiam Resurrectionis, Aduentus, & Visitationis tempore conferendum, & ubi. 22.
- Quo ordine. 23. Qua hora. 24.
- 16 Infirmis confirmari petentibus ministrandum.
- 17 Non tamen alienæ diœcesis hominibus.
- 18 Neque minori septennio.
- 19 Nisi ob iustam causam aliter Episcopus censuerit.
- 20 Minoribus confirmatis, quod officium parochi erga parentes.
- 21 Confirmandi, & patrini, orationem Dominicam, Angelicam salutationem, & Symbolum fidei non ignorent.
- Ea in re Episcopi, & parochi cura.
- Compates cuius ætatis sint. Quæ pert. ad Sacr. Baptif. 14.
- Adolescentes senioribus.
- 25 Mares fœminis, & Compates non sint citrà necessitatē. 26.
- Maribus fœminis.
- 27 Compater, vt confirmandum minorem, adultumque teneat.
- Confirmandi, & presentes deuotè adsint, quidque secum repitent.
- 28 Patrini, ceteriq;
- 29 Ab ipsis compatribus nihil confirmatis, nec eorum parentibus largiendum, & quare.

- 30 Turpe nomen habentibus in confirmatione mutandum.
- 31 Confirmati frons bombyce, & aqua abstergenda.
- 32 Aqua ipsa in sacrarium proijcienda.
- 33 Confirmati, & compadres in librum à parochio referendi.

1 Parochi in ecclesia ante denuncient tempus, quo sacrum Chrisma ministrandum erit.

Primū quæ pert. ad Sacr. Cōfir. admi. Ibidem.

2 Eos, qui confirmandi sint, eius Sacramēti vim, ac virtutem edoceant.

3. quæ ad Cōcionat. pert.

3 De Sacramento etiam Chrismatī populū instruunt (parochi scilicet, & Concionatores) in illis Pentecostēs diebus, quibus potissimum ab Episcopo id Sacramentū solenniter ministrari solet.

Parochi autem id omne instruendi populī officium præstent ad præscriptę instructionis normā, quę eo nomine cura nostra cōficietur ad communem prouincię usum.

4. quę perti. ad Sacr. Confir.

4 Parochi, animarū mē. curatores, qui in Vrbe sunt, die Dominico Pentecostis solennitatem præcedente, populū doceant, quanto religionis studio suscipiendum sit Confirmationis Sacramentum, cuius ministrandi solus Episcopus ordinariam potestatem habet.

5 Videant item, ne quis eorum, qui sibi in curam traditi sunt, illud suscipere negligat.

Quare præmoneant, quod etiā Concilij Vuormatiensis Canone sancitum est, vt quicumque intrā parochię suę fines habitant, neque confirmati adhuc sunt, illud omnes suscipiant, qui ætate sunt, qua Episcopus eos duxerit esse debere, qui ad hoc Sacramentum tunc accedant.

5. quæ ad Cōfir. Sacr. pert. 6. idem aliquot.

6 Si quis verò neglexerit, Canonicis subiaceat disciplinis.

7 Parochus aliquot ante diebus, quā Episcopus ministraturus sit hoc Sacramentum, nt nemo quisquam eorum, qui suæ curæ concrediti sunt, illud suscipere negligat, illos per familias distinctē, rectē que notet, qui illud nondum susceperint: ac qui ætate sint ab Episcopo præscripta, ordine in ecclesiam vocet ad id ritē, religioseque suscipiendum.

8 Eiusdem cura sit, paucis ante diebus, quam Episcopus Sacramentum hoc ministret, non solum fideles præmonere, quæ Concilio prouinciali quarto præscripta sunt: sed etiam in parochiali ecclesia orationem eo nomine instituere, vt, qui nondum confirmati, ad id accellerint, adiutrice diuina gratia, digni sint, qui Spiritus sancti donā vberimē recipiant.

10 Elaborent præterea idem, vt, qui adulta ætate, confirmandi sunt, primo de peccatis confiteantur, tum etiam admoneant, vt ieiuni, illud

5. vt supra.

lud suscipiant, cum mane ministratur.

4. vt supra.

11 Neque hoc quidem is denūciare omittat, vt, qui proximè confirmationem suscepturi sunt, pridie illius diei, quo suscipient, caput lauent, aliove modo mundent, capillosque sibi tonderi curent.

Primum de
visitat.
5. vt supra.

12 Reliqua etiam diligenti cohortatione denūcient, quæ ad hoc Sacramentum, rectè, sanctèque suscipiendum pertinentia, monitionum tabella comprehenduntur, quæ, ad communem prouincie vsum per nos edetur. Quibus monitionibus, pro ratione locorum suæ diœcesis, ab Episcopo addi, tum detrahi: rursusque easdem mutari liceat.

4. vt supra.

13 Quæ cuncta diœcesani item parochi præstabunt, ita scilicet, vt singuli parochi vniuscuiusque loci, vbi sacrum Chrisma Episcopus ministraturus est, Dominico die hebdomadam illam proximam, qua ministrabit antecedente, cum populum omnia, & singula doceant, ac monent, mox supra parochis, in vrbe commorantibus, præscripta: tum etiam præstari curent.

5. vt supra.

14 Sacrum autem Chrisma, Episcopus, cum id ministrare proprium Episcopalis curæ munus sit, ne stata Pentecostis solennitate id præstare prætermittat, tum ad singulas vniuersæ diœcesis partes, parochiasve, & loca, vel infima visitando accurrat, vbi illud ministrari necesse sit.

Primum de
visitat.

5. vt supra.

15 Episcopus non solum sacris, solennibusque Pentecostes diebus, sed etiam, si ita Ciuitatis suæ ingens frequentia, multiitudoque postulat, & Paschæ Resurrectionis tempore, & in Aduentu sacro Domini, & quoties visitatione obibat, Sacramentum Confirmationis ministret: & ob eam causam, vt Concilio Prouinciali quarto cautum est, ad ministrandum sepe accurrat, quibus in locis diœcesis opus erit.

4. vt supra.

Confirmationis Sacramentum visitationis tempore, vbi opus erit, ministrabunt.

16 Quod si quis cum periculosè ægrotat, se Chrismatismis Sacramento confirmatum non esse meminerit, ac propterea id sibi ministrari petat; tunc Episcopus si eo loci est, vbi ille ægrotat, vt ne sine hoc Sacramento decedat, cum charitate paterna inuisat, & ritè confirmet.

17 Cauere porro, ne cum huius ministrations munus obit, alienæ diœcesis hominibus, de iure non exemptis, qui in sua diœcesi domicilium iam non constituerint, hoc Sacramentum ministret, nisi proprii illorum Episcopi concessu, aut assensu scripto.

Quo igitur tempore ministrat, populum ea ipsa de re per parochos præmoneri iubeat.

1. ibidem.

18 Minori septennio Confirmationis Sacramentum nemini præbeatur.

5. ibidem.

19 Alio decreto, quod in Concilio Prouinciali primo sancimus, cautum est, ne confirmationis Sacramentum quis præberet, qui annis septem

ptem minores nati sunt: si tamen Episcopus ob aliquam causam iustam, atque adeo necessariam, paruulo, & infanti, qui non modo eam ætatem expleat, sed ne attingat quidem, ministrandum aliquando censuerit, ne sit vetitum.

20. Is verò minoribus nati, atque adeo paruulis, si quandoque ministrabitur, eorum parentes, vel qui curam gerunt, parochus moneat, ut ætate procedente, illos ea de re certiores faciant: ne parentibus, curatoribusve postea moris, ipsi aliquando dubitent, an hoc Sacramentum, quod iterari nefas est, susceperint. Id verò parochus curet, præter eam diligentiam, qua sibi præscripta est de confirmatis, eorumque comparibus in libro certo describendis.

21. Qui confirmandi sunt, & qui patrini adhibentur, parochus ante videat, quos rudiores esse suspicabitur, an orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & Symbolum norint. Atque ob eam quidem causam Episcopus, illa fidei rudimenta sibi ab illis recitari iubebit. Quam diligentiam idem Episcopus, etiam, ut opus esse viderit, aliquando præstet per se, vel alium sacerdotem, quem in ea re cognoscenda constituerit.

22. Videat item, ut in quacumque Ecclesia confirmationem ministrarit, si pauci sunt, qui suscipiunt, ubi commodè fieri potest, ante altare maius decenter exornatum, semper ministret.

23. Primò mares in ecclesia à parte sua, feminae ab altera sint: sicque separatim distincti, genibus flexis, manibus ante pectus iunctis, suo quique ordine, piè, & religiosè orent: in primisque ab omni strepitu, vociferatione, & inani confabulatione caueant: sed silentio sancto vtantur.

Et quod veteris ritus est, primùm mares, deinde feminae confirmantur, nisi aliquando aliter fieri Episcopus censuerit.

24. Hoc Sacramentum Episcopus ministrare studebit hora tertii potissimum, quæ ex antiquo ritu stat à huius Sacramenti hora est.

25, 26. Vt ne feminis mares, nec verò còtrà, maribus feminae, neque seniores adolescentibus, cum minimè hoc per ætatem conueniat, compariter in confirmationis Sacramento adhibeantur; nisi id aliter necessitas aliquando postulet.

5. quæ ad Cõfir. Sacram. pti.

27. Quod antiqui ritus est, id feruetur, ut compater dextera suscipiat, & teneat, quem in hoc Sacramento ministrari Episcopo offert. Si verò, qui offertur, adulta ætate est, pedem suum super dexterum com patris, qui ipsum offert, ponat: id quod non sine mysterij significatione fit. Quam ob causam, & qui confirmatur, & patrinus, tunc coram Episcopo confirmante stet.

28. Dum Sacramentum hoc Episcopus ministrat, non modo, qui illud

illud suscipiunt, quique eos offerunt, sed omnes, quicumque presentes sacro illi ministerio adfunt, sanctè, pièq; orant, ac summa animi attentione spectent, quod in ea solenni mysterij celebritate peragitur.

Tum verò mente secum reputent, cœlestia illa Spiritus sancti dona, quæ illius Sacramenti virtute fidelibus impartuntur: in primisque citata meditatione videant, quas in illis ipsi progressionem habeant; anq; vitam agant tanta cœlestium donorum vbertate dignam.

1. quæ pertinet ad Sacramentum Confirmationis administratum.

29 Susceptores in Sacramento Confirmationis, neque ijs, quos susceperint, neque eorum parentibus quibusquam omnino largiantur, ne cuiquam, quod aliquando commissum est, iterandi hoc sacramentum, quod nefas est, occasionem præbeat.

5. vt supra.

30 Curèt etiam Episcopus, ac parochus, vt, qui turpe, ridiculum vè nomen habet, neque planè conueniens Christiano homini, illud mutet, sumatq; in confirmationis sacramento nomen alicuius, qui vere pietatis, sanctæq; religionis laude floruit, vt qui hactenus non ad normam Christi Domini vitam instituit, iam abiecto eius modi nomine, depositoq; veteri homine, & antiqua socordia, rursusq; ac sancto suscepto nomine, vitalem in sanctè agendo constantiam perpetuò deinceps præstet.

De Sacramentis, Can. 9.

31. 32 Confirmati frons, Chrismate ab Episcopo illita, primùm benedictione diligenter à Sacerdote abstergantur: mox à clerico, in sacris constituto, aqua lauetur. Quæ aqua in Baptisterij sacrarium proiciatur.

2. vt sup. §. fi.

33 Omnem diligentiam adhibeant Episcopi, vt qua ratione commodius fieri poterit, Parochi describant confirmatos, & compatres, seruatis ceteris omnibus, quæ de libro baptizatis describendis præscriptimus.

De custodia Sanctæ Eucharistiæ. Deque vasis, & instrumentis ei vsui opportunis.

S V M M A R I V M.

- 1 Quibus in ecclesijs, & altaribus asseruanda.
- 2 Quo in Tabernaculo.
- 3 Eiusdem Tabernaculi forma, & ornatus ex decreto Concilij quarti.
- 4 Altera forma ex instructionibus fabricæ Ecclesiæ cum illius Consecrationis formula.
- 5 In eo quid aliud retineri non possit: eiusq; clavis à quo, & ubi custodienda.

Illud

Illud benedicendum, antequam in usum adhibeatur. De Sacramentis in genere, & Sacrament. 77.

7 Quot particula consecrata semper in eo asseruanda, quoque tempore illa renouanda.

8 Quo in vasculo custodienda, & cuiusmodi. 9.

10 Idque vas, ut contegendum.

Vela item quot, & qualia ad eum usum paranda. Ibidem.

Quando in hostia magna consecrari possit. De vasis ad sanctiss. Sacr. in process. acferen. necess. num. 2.

11 Quibus ex hostijs fiat.


12 A quo ille conficienda.

13 Quoque in vasculo ea retinenda, ac particula ipsa.


14 Lampas ante ipsam, qualisq; accensa coluceat. Et de lampadibus.

15 Nimbis, procellis, & c. imminentibus, non extrahenda sacra Eucharistia, sed tabernaculum aperiendum.

Intra Monasterij Monialium septa non asseruanda. De eccles. Monial. 11.

1  **E** piscopus diligentissimè curet, ut in Cathedrali, collegiatis, parochialibus, & aliis quibuscumque ecclesijs, vbi sacrosancta Eucharistia custodiri solet, vel debet, in maiori altari collocetur, nisi necessaria, vel graui de causa aliud ei videatur.

Conc. Tridè. sess. 13. c. 6. Quæ pert. ad sacros. Euch.

2  **T**abernaculum, quo asseruatur, ornatum, ut benè septum, ac munitum sit.

3 Tabernaculum ligneum, aliave materia constans, in quo sanctissima Eucharistia asseruatur, panno serico intrinsecus circumuestitum, vndique sit: conopæo etiam decenti, pro ecclesiarum facultate, lociq; dignitate contactum, ac benè præterea, tutoque clausum: atq; ita quoque aptatum, ut inde sanctissimum Sacramentum commodè de promi possit, neque super altare propterea ascendi necesse sit.

4. quæ ad sanctiss. Euchar. Sacr. pert.

4 Quoniam verò ex decreto prouinciali tabernaculum sanctissimæ Eucharistie in altari maiori collocari oportet, de eo instructionem aliquam hoc loco fieri conuenit.

Instr. fab. li. 1. cap. 13.

Primo illud in ecclesijs insignioribus, vbi potest, è laminis argenteis, aut aeneis, isdemq; inauratis, aut è marmore pretiosiori, fieri decens est. Quòd tabernaculi opus, politè elaboratum, & aptè benèq; inter se compactum, pps item mysteriorum passionis Christi Domini imaginibus exsculptum, & inaurato artificio certis locis, periti viri iudicio, decoratum, religiosi, et venerandi ornatus formam exhibeat. Intrinsecus autem tabulis populeis circummictum esse debet, vel alijs eiusmodi, ut ab humiditate, quæ ex metalli,

metalli, marmorisve genere existit, sanctissima Eucharistia illo amictu omnino defendatur.

Vbi tabernaculum eiusmodi non fiat, tunc è tabulis non nucis, vel alijs, que humiditatem gignunt, sed populeis, aut similibus politè elaboratis, & religiosarū, vt supra imaginum sculptura ornatis, istemq; inauratis exstruatur.

Amplum, pro dignitate, & magnitudine, rationeve ecclesie, in cuius altari maiori collocandum est.

Forma, vel octangula, vel sexangula, vel quadrata, vel rotunda, prout decentius, & religiosius, accommodata uidebitur ad ecclesie formam.

In summo tabernaculo imago Christi gloriosè resurgentis, uel sacra uulnera exhibentis; uel si in altari exigua alicuius ecclesie per tabernaculi occupationem congruus locus Cruci, que alias super eo collocaretur, esse non potest, ea pro alia sacra imagine in tabernaculi summitate, uel perpetuo affigatur, uel processionum causa aliquando amouenda, decorè constituat, affixa Christi crucifixi sacra effigie.

Bene præterea idem tabernaculū super altari, basis ornata firmitudine suffultum, aut firmis altaris gradibus, decorè confectis, aut angelorum statuis, alijsue suffulcimentis, religiosum ornatum exhibentibus, sustentatum, firmiter fixum habeat: tum bene etiam claue munitum sit.

A summo frōte altaris procul collocatū extet, nō minus cubito uno, & uncijs sexdecim, ita ut corporale latè expādi, et pixis, cū aliquando usu uenit, comode in altari poni possit. Neq; rursus à fronte sic distet, ut ad sacra eucharistiam depromendam, sacerdoti gradu etiam ligneo opus sit, nisi situs, & illius structurae ratio aliud necessariò postulet.

In insignioribus porro ecclesijs, ubi præsertim à tergo altaris chorus est; proq; illarum structurae ratione, eius altaris latitudo ampla admodum est, remotius esse potest; quoniā ab illa chori parte posteriori comode, et decenter ipsa sacra Eucharistia è tabernaculo sumi potest, tuncque ab eadem chori parte ostiolum alterum præscripta forma fiat.

Atque sub tabernaculo armariolum nullum sit, ac ne asseruandis quidem libris supellectiliuè ecclesie locus sit.

Vbi in altari ita, ut supra, collocari, suffulciriue præ illius angustia tabernaculū totū non potest: à tergo suppositis basibus, atq; alijs suffulcimentis, bene firmis, illud, aut totū, aut pars nitatur, ea tamen forma, & ratione, ut neq; spatium inter altare, & parietem interiectum, quando exiguum est, impediatur, quo minus altare circūiri possit.

Panno serico rubri coloris, si Ambrosiani ritus ecclesia sit, aut albi si Romani, intus ab omni parte uestitum, atque ornatum sit. Ostiolum habeat ab anteriori parte ita patens, ut paruulum alterum tabernaculum, quod intus in eo includitur, facile, comode que introducat, & expromat.

ita præterea ad aperiendum accommodatum, ut totum in frontificio à latere planè hærens, Sacerdotis, inde sacram Eucharistiam depromentis, brachium, manumque non impediatur. Sit uerò ornatum sacra Christi Domini Crucifixi, aut resurgentis, aut uulneratum pectus exhibentis, imagine, aut alia pia effigie.

Instr. fab. li. 2.
d Conopogo.

5 Conopogum Tabernaculi sanctissima Eucharistie, in ecclesiis ritu Romano, è serico, auro, argento uè intexto, uulgò brocato, uel è tela argentea, aueaue, aut saltem è serico simplici, coloris albi. In ecclesiis ritu Ambrosiano utentibus, ex eadem materia, at rubri coloris. Ample undique pateat, pro tabernaculi maioris amplitudine, ita ut a summa parte crispatum, in fimbrijs etiam, non angustè, sed longè latius decenter respondeat. Habeat uerò, ut moris est, ab extremis partibus ornatum laciniarum, decorè contextarum.

4. ut supra.

6 Vacuum, etiam sit à reliquijs, uasculo olei infirmorum, atque in alio uase, ut omnino sacra Eucharistia, cum suo uase in eo dumtaxat conseruetur: aliud præterea nihil.

Ibidem.

7 Quinque saltem particule consecratae seruentur assidue, ubi sanctissimum Sacramentum conseruatur, quæ octauo quoque die renouentur.

8 Pixis una in Cathedrali, collegiata, & parochiali Ecclesia adsit ad conseruandam sanctissimam Eucharistiam.

Instr. sup. Basil. Cath. colleg. & paroc. Eccle. de suppellestili. Quæ ad euentum & adm. sacrae Eucharist. & c. li. 2. Instr. de for. sup. ell. lib. 2. de pixide.

9 Pixis, quæ ad sanctissimam Eucharistiam, rectè, pièq; custodiendâ adhibetur, ex auro, aut ex argento puro saltem, eoque inaurato, fieri debet. Quæ Pixis cum ex argento fit, si minus ab interiori, & exteriori parte auro non illinitur, saltem ab interiori parte illiniatur.

Cuius pes, ut manu facile, firmiterque capi queat, altitudine sit sex unciarum.

Nodus in medio decorè, rectèq; ornatus, nihil, uel minimum eminens habeat, quo, dum pixis capitur, incòmodè capiatur, aut digiti quicquã ledantur. præsertim quo tpe, inter Missæ sacrum populo sanctiss. Eucharistia ministratur, & illa, indice, & pollice coniunctis, manu tenetur.

Vas, seu cuppa, forma rotunda, aut ouata profunda sit, & decenter pro profunditatis ratione ampla; in fundoque medio paululum aliquid habeat, quod in orbem tenuiter emineat.

In summa pixide circulus tenuis, à labro minimum distans, insit, cui in orbem prominenti operculum immitatur.

Pixidis operculum forma itidem rotunda sit, uel ouata, quæ respondeat formæ pixidis, quod in medio instar ferè pyramidis extet: ab uno, & altero item latere paruulos, tenuesq; uncinos habeat: quibus in circulo aptè includatur. In eius summo crux paruula, aut imago Christi crucifixi, uel resurgentis infixa hereat.

Vbi

Vbi præ inopia aliud non potest, Episcopi iudicio, operculum, & pixis ex auricalco, aut stanno inaurato esse poterit.

Instr. de for. 10 *Vela ad usum sacræ Eucharistiæ, quæ in tabernaculo maiori asseru-
sup. lib. 2 de tur decenter contegendæ, in Basilica Cathedrali, quattuor in collegiata,
velis pixidis. tria; in Parochiali duo sint.*

Vela Pixidi, aut tabernaculo minori adhibenda, auro, aut argento sint contexta, vel quod magis laudabile esset, aurca, aut argentea, fimbrijs circumquaque ex eadem materia adhibitis. Eiusdem verò mensura cum his velis erunt, quæ calicibus adhibenda præscripsimus, vel maiora, pro pixidis magnitudine.

4. quæ ad Eu- 11 *Idque fiat ex hostijs, non ante viginti dies ad summum confectis
char. 12 Hostias pro sacræ Eucharistiæ conficienda non laicus homo, nec
4 ibidem. verò fœmina faciat.*

Instr. de for. 13 *Vasculum, quod sacræ hostijs asseruandis paratur, ex operculo con-
supp. li. 2. stans, forma rotunda sit, ex argento, aut saltem ex polito ligno tornatili,
De vasculo i- liave decenti materia, decoroq; item ornatu, & opere confectum: intrin-
quo sacræ ho- secus verò serico panno vestitum, latè pateat uncias quattuor, pluresve,
stie asser. ut hostiæ inde promi commodè possint.*

Alterum item vasculum, minoribus hostijs asseruandis paratur, quod ex eadem materia, eodemq; opere, eodemque ornatu constet; at amplitudine maiore, nempe sex pluriumve unciarum per diametrum ducta, ut pro ratione loci, plures hostias capere queat.

1. quæ pert. 14 *Ante ipsam semper lampas accensa colluceat.*
ad Sacr. sacro 15 *Cùm nimbi, procelle, turbines, aut grandines impendent, ne Sa-
san. Euch. cerdos ad tempestatis procellam arcendam vasculum adhibeat, in quo
3. de iis, quæ sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum asseruatur: sed tabernaculi,
21 Sacr. eu- ubi illud in altare reconditur, patefaciat licet: tumq; in eius conspectu
char. pert. litanias, aliasque religioſas preces, eius rei causa institutas, piè, san-
ctèque pronunciet.*

De sanctæ Eucharistiæ in ecclesia administratione, ac sumptione.

S V M M A R I V M.

- 1 *Eucharistiæ quilibet Paschæ tempore sumat.*
- 2 *A proprio parochio. s. 9.*
- 3 *Ob idq; infirmo etiam, eo tempore ab eodem deferenda.*
- 4 *Quibus eo tempore ministranda à parochio: quidque ulterius ab eo præstandum.*

Vel

- 5 Vel alio sacerdote ob multitudine communicantium.
- 6 Non communicantium nomina ad Episcopum, & quando deferenda.
- 7 Episcopus vero, ut in eos animadvertat.
- 8 Interdictum, & denunciatio non communicantium.
- 9 Extra parochiam, diocesimve qui communicarit, quod testimonium afferat.
- 10 Vbi non communicarit, communionem, sumere cogatur.
Illi non ministratur, qui confessus fuerit confessario non approbato.
- 11 Qui non admitrendi ad communionem.
- 12 Eucharistiam sumentes, quo habitu esse debent.
- 13 Raro sumentes diligentius admonendi.
- 14 De eius vi, & ratione adolescentes à paroco instruendi.
- 15 Ea sumpta, vinum calice consecrato non præbendum populo.
- 16 Maribus separatim à feminis ministranda.
- 17 Ecclesiasticis tamen primò hominibus superpelliceo indutis, deinde laicis ipsis, scilicet maribus prius, postea feminis.
- 18 Ecclesiasticis in choro; populo autem extra ministranda.
- 19 Et intra Missarum solennia.
- 20 Alio etiam tempore, & quando.
- 21 Extra Missarum solennia quibus vestibus utendum à sacerdote illam ministraturo.
- 22 Pluviali episcopus ministraturus utatur.
- 23 Sacerdos ministraturus, quid dicat.
- 24 Instructio ad illam religiosè percipiendam.
- 25 Cum ea ministratur, efficax sermo habendus: dieque dominico præcedenti.
- 26 Quæ antiphona, quique psalmi canendi illius administrationis tempore.
- 27 Communionis causa elemosina non queritanda.
- 28 Hortandus populus à paroco ad confessionem, & communionem frequentandam.
- 29 Idem præstandum à concionatoribus.
- 30 Dissuadens concionator communionem frequentanda, prædicatione, sermoneque interdicens.
- 31 Qui raro communicant, quibus diebus saltem ad communionem inducendi.
- 32 Feria v. in Cena Domini, qui in Cathedrali, & collegiatis communicent.
- 33 Clericis, diaconis, subdiaconis, & alijs clericis, quando sumenda.
- 34 Sumpcionis fides exhibenda.
- 35 Cum in Missa sus tollitur nemini standum.

Primus, que
pert. ad Sacr.
sanctiss. Eu-
charist.

1



EMO Pasche tempore Eucharistia sumptio-
nem vlla de causa differat.

2

Pasche tempore, a suo cuique parochio pro-
prio sanctam Eucharistiam ministrari Eccle-
siae institutum, ac praecipuum est.

3

Quamobrem is, si quem parochialem habet,
qui ex morbo laborans, aliave necessitate vere

Secundum, que
ad sanctiss. Eu-
charist. Sacra-
ment. pert.

impeditus non potest facto Pasche tempore ad Ecclesiam conuenire,
vbi sanctissimam communionem cum caeteris fidelibus percipiat, ad
illum, etiam si paucis ante diebus perceperit, ipse illo Paschali tempo-
re de more deferat.

Secundus tit. 1.
decr. 12.

4 Parochi Pasche tempore, sanctissimae Eucharistiae Sacramentum
ijs tantum ministrant, qui non modo tunc in parochiae suae finibus ha-
bitant: verum etiam maiorem anni partem, aut sex saltem menses in ea
habitarint, nisi sint, qui paucioribus ante diebus, mensibusve illuc ha-
bitatum venerint eo animo, vt in ea domicilium habeant, nisi item,
qui ab Episcopo, proprio Parochio facultatem scripto concessam,
exhibuerint alio loco communicandi, tum praeterea, nisi peregrini sint,
& aduenae homines; idque in parochia aliqua diocesis: quod si in vr-
be, tum in Cathedrali Ecclesia Eucharistiae Sacramentum percipiant.
Horum autem peregrinorum, & aduenarum, Eucharistiae Sacramen-
tum percipientium, nomina, cognomina, originis, seu domicilij locus,
uno in libro fideliter asseruando a Parochio, ante omnia adnotentur.
Quare singulis diebus, cum in Pascha Resurrectionis Domini nostri
Iesu Christi Sacramentum Eucharistiae administrant, antequam il-
lud cuiquam praebent, ad populum conuersi denuncient, vt si quis eo-
rum, qui adsunt, Parochiae suae incolae non est, ad suam quisque paro-
chiale ecclesiam abeat, ubi, quemadmodum canonum sanctionibus
iustum est, eo tempore sacram Eucharistiam sumat.

Ibidem.

Parochi vero urbani admoneant, atque hortentur crebro eos, qui rus-
ite sepius solent, vt festis diebus illis solemmibus, nempe die Natali Do-
mini, in Quadragesima, & hebdomada sancta potissimum, Pascha
tempore, Ascensionis Domini die, in celebritate corporis Domini, in
die Pentecostes, ruri non habitent, sed in vrbe, atque in frequentiori-
bus oppidis, vbi a ru-licatione feriat, sacris, & diuinis officiis inter-
sint, de verbo Dei conciones audiant, caeteraque Christianae pietatis mu-
nera praestent, quae ab vnoquoque christiano homine debita, solennes,
& statim illi dies maxime requirunt.

4 que ad san-
ctiss. Euchar.
Sacram. pert.

Vt, & quod sacrorum canonum iure statutum est, fertur, & paro-
chi certam rationem inire eorum possint, qui cura suae commissi, sacra
communionem in Pascha Resurrectionis Domini sumserint, in eo
tempore,

tempore, etiam in Ecclesia Cathedrali, ijs, qui intra alterius parochiae fines in vrbe, aut in diocesi habitant, sanctissimum Eucharistiae Sacramentum ministratur, nisi aliqui sint, quibus iusta de causa Episcopus, aut proprius eius parochus, facultatem, scripto exaratum, nominatim dederit.

Peregrinis autem, aduenisve hominibus ex secundi Concilij Provincialis praescripto, praeberi, ministrative liceat.

Episcopus de vita, & moribus mendicorum vagantium, diligenter inquirat, initaq; aliqua ratione curet omnino, vt sacro Pascha tempore illi communicent.

Laici famuli quicumque regularium monasterijs operam nauant; tamen in illis ecclesia parochiali sacram Communionem sumant.

5 Parochus ijs omnibus, qui intra ecclesiae suae fines habitant, in Pascha sacram Eucharistiam ipse, non sacerdos alius prebeat: nisi ob frequentem multitudinem, necesse sit alterum etiam sacerdotem adhibere.

6 Qui praestituto tempore non communicarint, eorum nomina parochus ad Episcopum, ad sex dies post octauam Paschae, scripto deferat, expositis etiam causis, quas extra confessionem cognouerit, alioqui poenas det Episcopi arbitrato.

7 In eos vero oes Episcopus censuris, & alijs poenis acriter animaduertat, ijs exceptis, qui eiusdem parochi consilio iusta de causa summptionem in aliud tempus produxerint.

8 Qui Paschae tempore Eucharistiae Sacramentum non sumpserint, si postquam ter, aut vnica monitione, quae vna pro tribus satis sit, etiam generatim moniti, in contumacia perseuerauerint, iubeat Episcopus eos ipsos ecclesiae ingressu, & ecclesiastica sepultura interdictos in propria parochiali Ecclesia denunciari, tum eorum nomina descripta ad cathedralis, & parochialis Ecclesiae valuas affigi: si vero in contumacia perseuerauerint, in eos praeterea, prout iuris est, animaduertat.

9 Huic decreto ne fraus fieri possit, statuimus, vt si quis ex necessitate, uel alia iusta causa, ab Episcopo, vel proprio parochio, comprobanda, extra parochiam suam dicto tempore Eucharistiam sumpserit, parochio suo de eo fidem faciat; sin minus, in eum agatur, ac si non communicasset.

10 Quicumque in Pascha ab diocesi abfuerit, is reuersus se eo tempore sacram Communionem sumpsisse, testatum faciat scripto sacerdotis, a quo sumpserit. Quod testimonij scriptum manu, vel sigillo ordinarij, aut eius, cui id curae ille dederit, munitum sit: alioquin, ut Ecclesiae praecipuo pareat, confessus in propria parochiali Ecclesia, sacra Eucharistiam suscipiat. Quod nisi fecerit, prout iuris est, poena afficiatur.

2. tit. 1. de cre. 14.

5. quae ad sanctis Euchar. Sacram. pert. Sess. 25. c. 14. de reg.

3 de ijs, quae ad Sacram. Euchar. pert. 1. quae perti. ad Sacram. sanct. Euch.

2. tit. 1. de cre. 13.

1. vbi supra.

3. de ijs, quae ad Sacram. Euch. pert.



1. de eod.

11 Publici concubinarij, sceneratores, ac blasphemj, & alij eiusmodi facinorosi homines, semel ad penitētiā, & Communionem admitti, si postea eos in eodem luto peccatorum herere cognitum fuerit, amplius ad sacram communionem ne recipiantur, nisi postea eos vitam, & mores re ipsa emendasse, parochi perspexerint.

12 Qui sumunt, vt ad Deum talitē tempore accedentes decet, demisso habitu, & humili uestitu, penitentiā, & animi submissionem praeferant.

13 Sacerdos sanctissimam Eucharistiam ijs, qui raro sumunt, non prius ministret, quā eos diligentius admonuerit, quanta reuerentia, & humilitate ad tremendum illud Sacramentum accedere debeant, quantaque illis supplicia sint parata, qui indignè suscipiunt.

14 Adolescentibus, qui tūc primum Eucharistiam sumere uoluerint, parochus non praebeat, nisi eos ante aliquot dies examinauerit, & de vi, & ratione Sacramenti diligenter instruxerit.

15 Populo, postquam Eucharistiam sumperit, vinum calice consecrato, vel alio vase, quod ad sacri calicis formam factum sit, ne praebeatur.

16 Eucharistiae Sacramentum, ubi pro Ecclesiarum amplitudine commodè fieri poterit, maribus seorsum à sceminis ministretur.

17 Is ordo praeterea adhibeatur, vt primo ecclesiasticis hominibus sicut perpelliceo indutis, si verò Sacerdos quis est, stola etiam, quae signum Crucis, ad antiqui canonis praescriptū, in pectore exhibeat: deinde laicis maribus, tum sceminis sacra communio ministretur, loco distincto, vt in Concilio Prouinciali quarto cautum est, eaq; ratione dispositis, vt altari maioriter gane uertant.

18 Quod & Toletano quarto, & Braccarensi primo Concilijs sanctum est, id de sacra communionē ministranda religiosè seruetur, vt diaconis scilicet, & clericis ad altare, aut in choro illa praebeatur; populo autem, loco à choro, altariue aliquanto remotiori.

19 Hoc institutum, quod antiquissimi ritus est, Sacerdos religiosè seruet, vt intra Missarum solennia, postquam scilicet sanguinem ipse sumperit, fidelibus, sacram communionem sumpturis, ministret.

20 Nec verò tamen illam ministrare vetitum sit, si quando occasio tulerit, vt quis alio tempore, quā in Missa, sumpturus sit.

21 Cū autem peracto Missae sacrificio, statim eam ministrat, uestibus Sacerdotalibus, quibus in Missa usus est, induus ministret, calicem tantum deposita, & manipulo item. Si verò non statim, sed alio post tempore, quā in Missa sacrificio, tunc superpelliceo, stolaque alba, & ubi ritus Ambrosianus est, rubra utatur.

22 Verū pluuiali Episcopus induus sit, quando illam non in Missa

5. quae ad sanctissimam Eucharistiam Sacramentum pertinet.

4. vt supra.

5. vt supra.

Missæ sacrificio ministrabit.

23 Sacerdos, illam ministraturus, antequam præbeat, unicuique cui ministrabit, sigillatim illa verba pronunciet. Corpus Domini N. Iesu Christi custodiat animam tuam in vitam æternam: & qui suscepturus est, prius respondeat. Amen.

Id quod antiquissimi instituti est, nec sine mysterij significatione fieri, sanctissimus Pater, & Ecclesiæ Catholicæ Doctor, Ambrosius scribit.

24 Populus autem ad tabellæ instructionis, quæ propterea iussu nostro edetur, præscriptum doceatur, quæ ratione sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum religiosè, decoreque percipiat; ne quid accidat, quod illius augustæ diuinitati, ac sanctitati non conueniat.

25 Cùm frequenti populo sanctissima Eucharistia administratur, licet eius vis, atque virtus explicetur, non facillè tamen tota huius generis explicatio, sermoque percipi, auditive ab omnibus potest: nec præterea omnes administrationis initio interesse solent; id propterea magnopere Episcopus curet, vt, vel per se, vel per parochum, vel per alium, in adhortandi munere exercitatum, ac probatum, etiam inter communicandum, verborum pondere, & sententiarum, quasi iaculis, & opportuna aliqua, & crebra, breuique cohortatione, populus collectus, cùm ad frequentem sanctissimi Sacramenti sumendi usum excitetur tum etiam commonefiat, quàm periculosum, exitiosumque sit ad sacram diuini illius cibi mensam indignè accedere: ac rursus quàm valde admodum in omnes partes vile, ac fructuosum pabulo illo celesti salutariter, ac frequenter vti.

Hocque ipsum omne, die festo, frequentem populi communionem proximè præcedente, aliquando longiori, publica que concione omnino præstetur.

26 Cùm sacra Communio diebus, præsertim solennioribus, aut frequentiori fidelium multitudini ministratur, ex veteri instituto antiphona, Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum, & psalmus. Benedixisti Domine; & psalmus item, Dominus regit me, &c. & alia in rituali libro præscripta, aut alias ab Episcopo præscribenda, à clero canantur, cùm id per illius frequentiam fieri potest.

27 Ne occasione sacre Communionis, etiam in Pascha ministretur, vel ministranda, elemosyna, peluicula, aut vasculo exposito, vllòve alio modo, directè, aut indirectè, quaeratur.

28 Parochi crebris cohortationibus in id maxime incumbant, vt populus sibi commissus, ad Confessionem, & Communionem frequen-

4. vt suprâ.

Conc. Trid. Sess. 13. c. 6.

1. de ijs, quæ ad Sacramentorum administrationem pertinet.

ter, præcipue autem in Natiuitatis Domini, & Pentecostes, ac alijs so-
lennitatibus accedat.

3. de ijs, quæ ad Sac. Euc. pert.
Ses. 22. ca. 6. 29 Ad saluberrimum illum sacre Eucharistiæ frequenter sumende
vsum parochi, vt primo Prouinciali Concilio iustum est, & conciona-
tores item, quàm sepius populum cohortentur, nascens Ecclesiæ
institus, atque exemplis, & grauissimorum Patrum vocibus, & vber-
rima hoc ipso de genere Catechismi Romani doctrina, & sententia,
denique Tridentinæ Synodi, quæ optaret quidem fideles in singu-
lis Missis, non solum spirituali affectu, sed sacramentali etiam Eucha-
ristiæ perceptione communicare.

Ses. 5. c. 2. j

30 Quod si quis concionator, etiam regularis aliquid contra directè
indirectè dixerit, aut concionatus sit, Episcopus in cuius vrbe, dic-
cesive hoc ille admiserit, ei, tamquam scandalum disseminanti, Tri-
dentini eiusdem Synodi auctoritate, interdicit prædicatione vberbi
Dei. Ad cuius prædicationis munus ne idem restituatur, nisi primùm
eiusdem Episcopi iudicio satisfecerit eo ipso loco, vbi ea in re scanda-
lum, & offensionem præbuerit.

Idem pro ratione culpe corripantur, corriganturque, & satisfacere
quoque compellantur quicumque uel sermonem habenda, uel collo-
quendo hoc in genere offenderint.

4. vt supra.

31 Parochus autem, cum ad eam frequentissimum Sacramentorum
vsum parochiæ suæ fideles cohortetur, vt Prouinciali tertio Cõcilio san-
ciimus: tum crebris monitis illud, quod Siluerius Pontif. Max. sta-
tuit, in consuetudinem renouare studeat, ut, qui sepius non communi-
cant, singulis saltem Dominicis diebus in Quadragesima Corpus Do-
mini sumant, ac præterea diebus Dominicis Aduentus.

3. de ijs, quæ ad diui. offic. pert.

32 Feria quinta in Cœna Domini, singuli, qui in Cathedrali, Colle-
giatave ecclesia, uel dignitatem, uel canonicatum obtinēt, etiam qui sa-
cerdotalis ordinis sunt, & reliqui item singuli eiusdem Ecclesiæ cle-
rici, Corpus Domini in soleenni Missæ sacro, quod illo die in ea Ec-
clesia fiet, sumant. Id quæ nisi ex ijs aliqui sint, qui eo ipso die debi-
tū Missæ sacri faciendi munus alio loco prestaturi sunt.

1. de frequēt. diu. Sacr.

33 Ceteris etiam clericis, vt singulis mensibus, diaconi quidem &
subdiaconi bis saltem, qui verò in minoribus ordinibus, aut etiam cle-
rici tantum sunt, semel sacram Eucharistiam sumant. Qui sine neces-
saria causa, id facere omiserint, parochus eos sui officij admoneat, &
nisi paruerint, ad Episcopum deferat.

8. ti. 2. dec. 26

Ses. 23. c. 11. & 14.

Diaconi, subdiaconi, & reliqui clerici inferioris ordinis confessio-
nem, & communionem frequentent, vt superiori Synodo Prouincia-
li præscriptum eis est. Confiteantur autem ijs tantum sacerdotibus,
quos ad audiendas eorum confessiones idoneos Episcopus, & in vrbe,
& diocesi

& dicecelsi comprobabit: dummodo talis sit numerus eiusmodi sacerdotum, ut confiteri uolentes delectum habeant inter illos. Sacre uero Eucharistię Communionem in propria parochia, uel in alia ecclesia, quam Episcopus statuere, diebus festis percipient, idque in Missa solemniori, si modo eo loco, eoq; die celebrabitur.

- 34 Illius autem rei fidem, tertio quoque mense, Episcopo exhibebunt.
- 35 Auersus ab Eucharistię Sacramento irreuerenter sedere, aut cum in Missa sustollitur, stare, nemo audeat.

1. de ecclesiis
& earum cultu.

De uasis, instrumentisq; ad sacre Eucharistię in ecclesia administrandę usum, cum eorundem formis.

S Y M M A R I U M.

- 1 Scamna oblonga in Cathedrali, collegiata, & parochiali quot. Cuiusque forma. 2.
- 3 Mappa longiores ad scamna sternenda, in Cathedrali, collegiata, & parochiali ecclesia, quot, qualesque. 4.
- 5 Mappule breuiores, & quot eiusmodi. 6.
- 7 Vasa pro purificatione populi quot, cum illorum forma. 8.
- 9 Vasa hæc ad alium usum non adhibenda.
- 10 Vasa uinaria pro uino purificationis, quot, & qualia. 11.
- 12 Pixides quot, & quales. De uasis ad sacram Eucharistiã egrotis deferendam, nu. 1. Et de custodia Sanctę Eucharisti.



1 Inst. supell. eccl. Basil. Cath. eccl. colleg. & paroc. ii. 2. de supell. que ad cultu, & adm. sacre Euch. & c. v. sui est.

2 Inst. de for. supell. lib. 2. De scabellis oblongis.

3 Instr. supp. eccl. Basil. Cath. eccl. colleg. & paroc. De supell. q. ad cultu, & c.

4 Inst. de for. sup. libro 2. De Mappis ad usum sacre Commun.

5 Instru. sup. eccl. libro 2. Bas. cath. col. le. & Par. ecc. Quæ ad cultum, & c.

- 1  *SCAMNA* oblonga in Basilica Cathedrali ad apparatus communionis populi, sex, pluraue, prout est eius frequentia.
- 2  Scabella oblonga, quę usui sacre Communionis in ecclesia prebenda, sunt, altitudine consistunt cubitorum circiter duorum, latitudine unciarum sexdecim; sint condecenter dolata.
- 3 Mappa ad apparatus communionis, ministrandę in Basilica Cathedrali decem, plures, pauciores uero pro populi ratione in collegiatas pluraue parochiali quattuor, pluraue.
- 4 Mappa, quibus scabella oblonga, ad sacre communionis, in ecclesia ministrandę, usum parata, sternuntur, late sint; non minus cubitis duobus: longe uero, ut est scabellorum longitudo.
- 5 Mappule breuiores, subter sanctissimam Eucharistiã sustinendę in ecclesia, aut egrotis ministratur in Cathedrali quinque, in Collegiata



- giata & parochiali Ecclesia totidem.
- 6 *Inst. de for. supp. libro 2. De Mappis ad vsū sacre Comm.* 6 Mappule autem breuiiores, que ad eum usum parantur, cum in ecclesia, vel aegrotis sacra Eucharistia ministratur, confectæ sint nitro, & tenui texture opere: longè pateant cubitos tres, lata circiter duos: ac ne extremitates quidem simbriatas habeant, præter capita, que cerè exornari cōueniunt.
- 7 *Instr. supp. eccl. Basil. Ca the. colleg. & paroch. vesp. 8^o n^o de for. supp. lib. 2. de vasis pixidibus 9 3. de ijs, q ad Sac. Euch. pert.* 7 Vasa pro purificatione populi in cathedrali quattuor, sexve in collegiata totidem, in parochiali quattuor.
- 8 *Instr. de for. supp. lib. 2. de vasis pixidibus 9 3. de ijs, q ad Sac. Euch. pert.* 8 Vasa ad purificationis usum parata, caueatur, ne si aurea, aut argentea sint, calicis formam exhibeant, neque verò similia item Cyathis viniis, è chryſtallo saltem conficiantur.
- 9 *Instr. de for. supp. lib. 2. de vasis pixidibus 9 3. de ijs, q ad Sac. Euch. pert.* 9 Ad communicantium purificationem vasa adhibita, nè alterius rei vsui sint, eaque propterea in Sacristia seruentur.
- 10 *Instr. de for. supp. lib. 2. de vasis pixidibus 9 3. de ijs, q ad Sac. Euch. pert.* 10 Vasa pro vino purificationis maiora, in cathedrali quattuor, ac minora totidem: totidemq; in Collegiata, in parochiali verò, duo.
- 11 *Instr. de for. supp. lib. 2. de vasis purif. 12 Infr. supp. lib. 2. vt sup.* 11 Oenophora è stanno parentur, ita ampla, que purificationis vinum contineant: vreci item minores.
- 12 *Infr. supp. lib. 2. vt sup.* 12 Pixides due, ac plures èt, pro ratione frequentis populi, ad sacra Communionem conuenientis, eaq; grandiores, & ad eum usum, cum scilicet ali quando, eodem tempore, viris separatim à feminis sacra Eucharistia ministratur: eodemq; item tempore aliq; hostiæ ad eiusdem populi cōmunionem consecranda sint: idq; in Basilica Cathedrali, in Collegiata verò, vna; at si animarū cura ibi geratur, plures pixides, vt in Basilica Cathedrali, supra narratum est: in parochiali autem vna.
4. quæ ad sacra Euch. Sa cram pert.
- Duas Pixides vnaqueque parochialis ecclesia (saltem habeat, altera forma maiori ad vsū sacre communionis, populo in ecclesia ministrande; alteram minori, qua sanctissimum Sacramentum, ad infirmos deferatur.

De sancta Eucharistia ad ægrotos deferenda: indulgentiaq; publicanda.

S V M M A R I V M.

- 1 Sacra Eucharistia, hortante parochi, à populo prosequenda.
- 2 Eiusq; deferendæ causa quid ulterius à parochi curandum.
- 3 Sodalitates corporis Domini instituenda.
- 4 Institute quibus regulis vtantur.
- 5 Sacra Eucharistia à parochi deferenda: & eo impedito à quo alio Sacerdote.
- 6 Noctis, quando ad infirmum deferri possit.
- 7 Antequam feratur, aegroti cubiculum apparandum.
- 8 Confratrum eiusdem sodalitates ea in re officium.

Vest

- 9 *Vesperis pridie delationis diei, & cum deferenda erit signum campanæ dandum. 10.*
- 11 *Parochus delaturus, lotis manibus, oret, super pelliceam stolam, ac pluviale induat.*
- 12 *Clerici comitantes quo habitu induantur.*
- 13 *Quidque in via recitent.*
- 14 *Quid item, laici, & quo ordine prodeant.*
- 15 *Particule duæ sacræ à parochio deferendæ.*
- 16 *Et quando unica tantum.*
- 17 *Obuians sacerdoti Eucharistiã deferenti, equo, curru &c. descendat, et genuflectat. Illaq; comiretur & quod ea in re parochi officium.*
- 19 *Aegroti familia illi quoque obuiam procedat.*
- 20 *Infirmos, sumere impeditum, quid agendum.*
- 21 *Periculose ægrotanti, sumpta eucharistia, & extrema unctio, pro viatico illa iterum non præbenda, eadem in infirmitate.*
- 22 *Ægrotanti sepius tamen Eucharistiã, pro cõione ministrari liceat.*
- 23 *Reus capitis damnatus, quo die Eucharistiã pro viatico sumpsit, ultimo supplicio non afficiendus.*
- 24 *Relato ad ecclesiã Sacramento, indulgentia denuncianda benedictioq; impartienda.*
- 25 *Eadem indulgentia à Paulo III. concessa his sodalitatibus sæpe promulganda, &.*
- 26 *In quibus sodalitijs id præstandum.*
- 27 *Indulgentia etiam à Gregorio XII. concessa eisdem sodalitatibus emulganda.*

V sanctis. Eucharistia, ad ægrotos summa cum religione, deferatur; parochi populũ sæpissimè hortentur, vt frequens semper prosequatur.

Parochus hortetur, & curet, vt vnusquisq; paterfamilias, præsertim dato campanæ parochialis signo, quo sacræ Eucharistiæ ad ægrum deferende significatio fit, sine mora in Ecclesiã parochialem conueniat, vel aliũ de familia digniorẽ mittat, ad illã cerei candele lumine prosequendã. Si qñ autem is, qui paterfamilias est, per necessariã occupationem non potest, saltem certum aliquẽ hominẽ, vel filium natu maiorẽ, uel denique famulum, aliumve mittat; qui id pietatis officium præstet. Atque eam ob causam domi etiam omnis paterfamilias perpetuò funale cererem, aut candelam vnã, pluresve habeat, quæ ad id pietatis opus, officiumq; vsui sint.

- 3 *Quamobrẽ et sodalitates Corporis Christi in parochijs instituant.*
- 4 *Quæ præterea sodalitates, eo nomine, vt alias prima Prouinciali Synodo*

Primiũ, quæ pert. ad Sacr. sanc. Euchar. Conc. Tridẽ. Sess. 13. c. 6. 6. quæ ad sac. Euch. Sac. pt.

1. vt supra.

Synodo

3. de ijs, quæ ad Sac. Euch. pert.
4. quæ ad sanctis. Euch. Sacram. pert.
5. quæ ad sanctis. Euch. Sacram. pert.
5. vt suprâ.
1. vt suprâ.
5. Ibidem.
3. de ijs, quæ ad Sac. Euch. pert.
- Synodo iussum est, instituta iam sint, & in posterum instituentur, regis vntur ad communem illarum, huius Prouinciæ sodalitatū vnt nostro iussu edendis. Quibus Episcopus addat, quæ pro urbis, diocesisue suæ ratione expedire videbuntur.
- 5 Ad agrum parochus ipse, nisi in valetudine, aliave necessaria causa impediū sit, Corpus Domini deferatur: si verò aliquando in hoc ministerio necesse habet alio sacerdote uti; ne alio, si potest, utatur, nisi quem, ad confessiones audiendas, concessa scriptis facultate, Episcopus probauerit, idoneumque iudicauerit: cum sepe contingat, agrum, cui sanctissimum corpus Domini deferatur, iterum confiteri velle, propterea quòd post peractam confessionem aliquid commiserit, vel ante commissum meminerit.
- 6 Cum verò ad egros, omni reuerentia, omni que religiosi cultus studio, atque honorifice, quò ad eius fieri potest, affectu ad illa sit, neque noctu commodè fieri queat, vetitum propterea sit, ne noctu afferatur, nisi egeri mortis periculum instet.
- 7 Parochus, egrotò illam allaturus, accuratè hæc præmoneat, primò, ut egrotantis cubiculum ab omni sordè, omni que inquinamento purgetur, & amota omni re profana, pio apparatu, & sacris imaginibus, ubi pòt, exornetur; tū præterea mensa, mappa nitida, pura que contra ta, cruce, aliâque effigie sacra, candelabris, & candelis, cereisve saltè binis instructa appareatur, in qua sup corporali pixis, cū sanctis. ipso Sacramento collocari possit: sit etiam uas vitreum ad ablutionis usum.
- 8 Quæ omnia, ut ab ijs, qui egroti curam habent, parentur, cura sit in primis confratrum sanctis Eucharie. Apud eos verò, qui præ eorum egestate, inopiaque, id præstare non poterunt, ipsi sodales apparent.
- 9 Deinde idem parochus, & uesperis pridie illius diei, quo sacra Eucharistiam allaturus est, si eo tempore de hoc officio præstando certior est, & tunc item paulò scilicet ante quam afferat, certis campanæ percussionibus confratres sanctissimi Sacramenti, & clericos, & reliquos fideles, præsertim illius parochialis uiciniæ, euocari mandet, qui illud pia ueneratione prosequantur.
- 10 Cùm uerò deferenda erit, tū cum campanæ sonitu præmoneant.
- 11 Post ipse, ubi manus lauerit, ad altare genibus flexis, paululum tacitus religiosè oret, tum super pelliceo, stola; ac, ut alio Concilio decretum est, pluuiali, ubi potest, se induat.
- Sacerdos, cum Corpus Christi Domini ad egros interdū in Vrbe, alijsque frequentioribus locis deferat, non super pelliceo solū, sed pluuiali præterea indutus incedat, ubi per facultates, & per loci, temporisque rationem commodè fieri potest: tum præterea, ubi etiam potest, aliqui clerici adhibeantur, clericali habitu, & super pelliceo induti, qui comitan-

testinâ cum deferente, sanctas religiosasq; preces recitent.

Sacerdotes uerò ceteri, clericive, qui comitatur, superpelliceum adhibeant; si canonicorum capitulû sit, cappam, uel almutium aliudue indumentum, ut illis in choro moris est.

13 Reliqui fideles bini prosequantur, capite aperto, & quamplurimi candelis accensis, ac primo loco uiri, in quibus scholares sanctissimi Sacramenti precedant; postremò fœminæ.

14 Parochus, cum uel sacrosanctam Eucharistiam, uel extreme unctionis sanctum oleum ad egrum defert, in uia septem psalmos ex animo, pièq; dicat, uel alias religiosas preces. Omnes, præsertim ecclesiastici homines, hymnos, & psalmos pœnitentiales, aliosue, intima animi pietate simul cum parcho, sed alternatim pronunciant; atque alij item religiosè orent.

15 Duas autem sacrę Eucharistię particulas deferant, ne eis ad ecclesiam redeuntibus, populus inane uasculum adoret.

16 Quod superioris Concilij Prœuincialis decreto, de duabus Eucharistię particulis, ad egrum deferendis, constitutum est, id quoniam non sine difficultate ubiq; & semper obseruari potest: ideo ubi Episcopi iudicio, uel loci distantia, uel itineris, temporisue difficultas, uel alia causa impedit, quominus illud præstari possit, tunc licebit sacerdoti, eã sanctissime Eucharistię particulam solum deferre, quam eger percepturus est: ita tamen, ut, cum inde parochus redit, non superpelliceo, non stola indutus sit, neq; tintinnabulum pulsetur, neque umbella adhibeatur, extinctis èt luminibus, non palam uasculum deferatur.

17 Cum quis sacerdoti, sanctissimi corporis Domini Sacramentum ad egros ferenti, aut cum eodem inde redeunti, obuiam sit, dum uel equo, uel curru, uel iumento uehitur, ubi primû illum id ferentẽ, uiderit, inde statim descendat, humiliq; flexis genibus tamdiu in adoratione permaneat, quò ad ille cum Sacramento transiit.

18 At uerò omnis, siue sacerdos, siue clericus, siue laicus, quicumque eidem sanctissimo Sacramento obuiam fiet, pro Christianę religionis cultu, domum usque eius, cui ministrandum est, & ad ecclesiam quoq; quo reditur, pia ueneratione prosequi, & comitari omninò studeat, nisi necessitate, causave urgente uehementer impediatur.

Id omne, ut cuncti fideles studiosè, religiosèq; præstent, illos unufquique parochus quàm sepius, ac diligentissimè commonefaciat.

19 Familia uerò, quę domi habitat, ubi egrorus est, sanctissimo Sacramento, ad ecclesiam usque uel saltem extrã ianue fines obuiam procedat cum cereis accensis, & omni alio interiori, & exteriori pietatis cultu, depositisque planè armis.

20 Sacra cõmunio ad egrorũ non deferatur, nisi ad eum, qui uerè illã sumptu-

5. Ibidem.

2. tit. 1. dec. 15.

5. Ibidem.

1. Ibidem.

2. ti. 1. dec. 18.

5. Ibidem.

sumpturus est. Si verò aliquando fit, vt dum ad eum parochus venit, morbi vità affectum illū inueniat; ut eam tunc ministrare non possit, collocata pixide super corporale in mensa, eo nomine parata, paululum moretur, cum genibus flexis, vna cum ceteris, qui adsunt, ac potissimum cum aegrotō ipso sancte oret: ac postea recessurus, Eucharistia pixide inclusa, eidem benedicat. Quod si aegrotus ipse id vehementer exoptat, Sacramentum aperta etiam pixide, liceat ostendere adorandum.

21 Cum quis periculosè aegrotans, ac etiam penè in extremo spiritus sanctissimā Eucharistia, & Sacramentū extremæ Vnctionis suscipit, si postea aliquot dies superstes sacram Communionem sibi ministrari petit, eius pro religioso desiderio parochus nè de si: modo nè pro viatico iterum in eodem morbo præbeat; cum id à sanctis patribus olim fieri consueuisse traditum sit.

4. que ad sanctiss. Euch. Sacram. pert.

22 Aegrotantibus, etiam sine mortis periculo Sacra Eucharistia frequentius sumenda, desiderio flagrantibus præferim, qui dū integra valetudine sūt, frequēti Sacrorum vsu, se religiosè, salutariterq; pascunt, nè parochus, quantum per alias necessarias in parochiali munere occupationes sibi licet, spiritualem illam consolationē, salutareq; adiumentum, religiosa preparatione ab eisdem adhibita, de neget.

5. vt suprā.

23 Reus capitis damnatus, quo die pro viatico Sanctiss. Corpus Domini sumpsit; Christo Redemptori, qui pro illius etiam anima sanguine in ara crucis profudit, à piis iudicibus, magistratibusque illo ipso sanguine redemptus, tribuatur, ut nè eo die supplicio afficiatur, ut multis locis pie, & laudabilis consuetudinis est.

3. de ijs, quæ ad Sacram. Euchar. pert.

24 Perfunctus deferendi Sacramenti munere sacerdos, ubi ad Ecclesiam red erit, fidelibus, qui in eo deferendo præsentelq; adfuerāt, quæ ex illo pietatis officio consequuti sint indulgentiam denunciet; paucis uerbis eos cohortans, ut in religioso eo instituto sancte perseuerent; tū pronunciata oratione, quæ est de sanctiss. Sacramento illos dimittat in pace cum benedictione.

4. vt suprā.

25 Indulgentia autem a Paulo Tertio Pontif. Max. corporis Domini sodalitatibus concessa Papæ promulgetur, crebrisque cohortationibus fideles incendantur, quo frequentiores illæ, vbique locorum instituantur, institutaque debitum munus obeant.

26 Quod de Indulgentia à Paulo III. Pont. Max. corpus Domini sodalitatibus concessa, sæpius promulganda, Concilio Prouinciali tertio sancitum est, id in iis sodalitatibus præstetur quibus illa tributa, cōcessaue est.

27 Indulgentia verò a Sanctiss. D. N. Greg. XIII. omnibus, & singulis, quæ in hac prouincia instituta, instituendeue sunt, corporis Domini sodalitatibus data, cuius concessa Indulgentiæ exemplum

typis

typis impressum, in vltima huius libri parte extabit, vbique in illis, sæpèq; promulgetur, ad excitandos in salutari instituto, eiusq; munere sollicitè obeundo, fidelium animos.

Quæ ad medicorum officium erga infirmos, attinent quæque alia ad hunc titulum pertinere aliqua ratione poterunt, videantur potissimum in tit. de Sacramento Penitentis, & titulis alijs, in quibus de sacra Eucharistia mentio extat.

De vasīs, instrumentisq; ad sacram Eucharistiam ægrotis deuotè afferendam opportunis, cum eorundem formis.

S V M M A R I V M.

- 1 Pixis vna, tam in Cathedrali, & collegiata, quàm parochiali ecclesia.
- 2 Sacculus, eiusq; forma.
- 3 Vela duo maiora, tam in Cathedrali, & collegiata, quàm parochiali Ecclesia, & cuius forme.
- 4 Umbella maior, eiusq; exemplar.
- 5 Umbella alia minor, & qualis.
- 6 Crux, imagoq; & cuiusmodi.
- 7 Laternæ grandiores in Cathedrali, & collegiata sex, in parochiali quatuor.
- 8 Illarum forma, cum hastilibus.
- 9 Cereoferaria breuiora in Cathedrali, & collegiata viginti quatuor, in parochiali duodecim.
- 10 Eorum forma.
- 11 Tintinnabulum.



sanctissimam Eucharistiam ægrotis deferendam tam in Cathedrali, & Collegiata, quàm parochiali Ecclesia pixis vna saltem adsit.

Duas Pixides vnaquæque parochialis ecclesia saltem habeat, alteram forma maiori ad vsum sacrae Communionis, populo in Ecclesia ministranda; alteram minori, qua sanctissimum Sacramentum, ad infirmos deferatur.

2 Pro hac Pixide ad ægrotos deferenda, sacculus sericens ab vnoquoq; diaecesis parcho habeatur ornatissimus, cum opus erit, adhibendus.

Sacculus

Instr. sup p. eccl. Basil. ca the. eccl. colleg. & paroc. lib. 2.
 Ee supel. que ad cultum, & administr. sacrae Euch. &c. vsum est.
 4. que ad sanctiss. Euchar. Sacr. pert.
 Ibid.

Instr. de for.
supp. li. 2. de
sacculo Pixi
dis.

Sacculus, in quem pixis includatur, cum sacra Eucharistia, per loca montuosa, præruptosque colles via difficili defertur, è serico villoso, beneque contexto sit, colore autè albo, ritu Romano, sed rubro, more Ambrosiano. Intrinsecus circumuestitus tela bombycina eiusdem coloris, ut est sacculus. Alior paulò sit pixide, que includitur.

Fundum habeat firmiter confutum, benè crispatum, non quadratum, sed rotundum instar rosæ. A summa parte funiculos sericos, eosque solidos, certis foraminibus ita insertos habeat, ut cum ducuntur, sacculi os astrictum, bene cohæreat. Qui sacculi ita oblongi sint, ut cum vsu venerit, illis collo appositis, pixis inde pendeat.

Instr. supp.
Basil. cath.
Ecl. Colleg.
& paroc. li. 2.
De suppell. q.
ad cultum &
admin. sacræ
euch. & c. vsui
est.

3 Vela præterea duo ad sacræ Eucharistiæ contegendæ usum, cum ad egrotos illa defertur tam in Cathedrali & collegiata, quàm parochiali Ecclesia adsint.

Vela maiora ad sanctissimæ Eucharistiæ deferendæ usum, auro pariter, aut argento intexta, aut si quis velit, etiam aurea, aut argentea, lata sint, ut veli tela, longa cubitis sex.

Instr. de for.
supp. li. 2. de
velis Pixidis
in fi.

4 Umbella vna in vnaquaque ecclesia, Cathedrali, collegiata, ac parochiali, vsui cum ad egrotos Eucharistia defertur.

Instr. supp.
Ecc. Cathed.
Colleg. & pa
roch ecc. li. 2.
De suppell. q.
ad cultū, & c.
ut suprâ.

Umbellæ, vna scilicet ad sacræ Eucharistiæ contegendæ, altera ad insigniorum processionum officium vsui, è serico, aut panno, auro, argenteo intexto sint. Umbella autem minus pretiosa è panno subserico, uel saltem è zambelloto confici poterit.

Instr. de for.
supp. lib. 2.
de umbellis.

A superiori parte contexta sint tela bombycina: undique verò ornatum habeant duplicium fasciarum, que duodecim circiter vncijs longè pendeant: iisque fascijs contexta sint ab omni parte fimbriæ filamentis satis prolixis. Porro inter vtramque fasciam hastile inseratur: quod panno adaptatum, & annexum, rectè extendat latera umbellæ. Cuius umbellæ lateribus singulis, hastilia picta, paribus inter se spatijs disposita, quibus illa tolli, & gestari possit, quattuor, plura ve pro eiusdem umbellæ magnitudine supponantur.

Instr. supp. eccl.
colleg. &
paroc. ecc. lib.
2. tit. de sup.
quæ ad cultū
& c. ut suprâ.
Instr. de for.
supp. lib. 2. de
umbellis.

Sint verò umbellæ rubri coloris, vbi ritus Ambrosianus est, & vbi Romanus, albi.

In locis montuosis vbi per semitas, angustosque tramites sanctissimæ Eucharistiæ aliquando fertur, umbella angustior sit, atque eiusmodi, quæ ab vno tantum homine sustineri, portariue queat: quæ umbella in Collegiata, curata, ac parochiali ecclesia adsit sequentis formæ.

Tertia umbella, quæ adhibenda est, ubi sæpè per semitas & angustos tramites sanctissimæ Eucharistiæ fertur, eiusmodi sit, que in orbem ducta, ac non nihil fastigiata, latè per diametrum pateat cubitis circiter tribus: fasciola præterea circumdetur, que ex eadem materia constans, filamentis appensis circulatim pendeat.

6 *Cruce, imagine Christi Domini crucifixi in Cathedrali, collegiata, & parochiali una, eaque decenter expressa ad infirmos deferenda.*

Cruce que ad agros fertur, ex auro, argento ve, aut auricalcho, è ligno picto, inauratoq; præclare cõfecta, eiusmodi sit, in qua Christi Domini imago decorè expressa pietatem excitet.

7 *Laternæ grandiores usui sacre Eucharistiæ ad agros ferendæ in Cathedrali, & collegiata sex, in parochiali quattuor.*

Lumina &c. Vide infra, nu. si.

8 *Laternæ ad sanctissimi Sacramenti ferendi usum comparentur quattuor, que ex ligno inaurato, pictore, aut ex tenuissima saltem lamina ferrea consistit: in usque fenestellæ aptè dispositæ, cornu pellucido clausæ existant; ferrumq; præterea intrinsecus prominat cereis inferendis infigendis ve accommodatum. Vt autem altè præserantur, hastilibus longitudine quattuor cubitorum firmiter infixæ hæreant.*

9 *Cereoserariæ breuiora, deferendis luminibus usui, cum sacra Eucharistia deferuntur, in Cathedrali, & collegiata viginti quattuor; in parochiali duodecim.*

10 *Cereostrata breuiora, que usui esse possint sacra Eucharistia associanda, ea forma apparari debent, que cereoserarijs longioribus præscripta est: at hæc breuiora esse debent, ut cum usu uenerit, cereis insertis, possint manibus gestari. Colore, uel rubro, uel albo, prout ecclesia more utitur Romano, aut Ambrosiano.*

11 *Tintinnabulum gestatorium unum, cum sacra Eucharistia fertur adfit in Cathedrali, collegiata, parochialiq; ecclesia.*

Lumina, Tintinnabulum, & decorum uasculum, uelo etiam decenter contextum; ac præterea, ubi fieri poterit, umbellam adhibeant.

De sanctissimo Sacramento processionaliter deferendo.

SUMMARIUM.

- 1 *Sanctissimum Sacramentum die festo corporis Christi à quo circumferendum.*
- 2 *Processiones in celebritate corporis Domini quibus in ecclesijs, & quando fiant.*
- 3 *Reliquiæ in illa processione non deferendæ.*
- 4 *Canonici intortitium, & alij ministri cereos accensos deferant.*
- 5 *Superpelliceo induti.*
- 6 *Vt solennitas Corporis Christi à fidelibus religiosius colatur, quid parochus cum fide libus ipsis agat.*

Indul-

Inst. sup. ecc. cath. colleg. & paroc. ecc. lib. 2.

de supel. q. ad cultum, &c.

6 Inst. de for. supp. li. 2. de Cruce ad ægrotos ferenda.

7 Inst. supp. ecc. cath. colleg. & paroc. eccles. lib. 2.

de supp. quæ ad cultum, &c. ut supra.

8 Inst. de for. sup. lib. 2. de laternis.

9 Inst. supp. ecc. Cathed. colleg. & paroch. ecc. li. 2.

De supel. q. ad cultum, &c. ut supra.

10 Inst. de for. sup. li. 2. De cereo stratis breuioribus.

11 Inst. supp. ecc. Cathed. colleg. & paroc. ecc. li. 2.

de sup. quæ ad cultum, &c. ut supra.

Primiti, quæ pertinet ad Sacram. Euch.

- 7 Indulgentiæ quoque concessæ hæc præstantibus, euulgandum, videlicet. Ieiunantibus, &c.
- 8 Ea processionis celebritas è fenestris non spectanda.
Reliqua ad rectam processionis agendæ rationem videantur in tit. de Processionibus, & supplicationibus.

Primū, quæ
pert. ad Sacr.
sanct. Euch.

Conc. Trid.
sess. 13. ca. 5.
de cultu, &c.



IE festo Corporis Christi Domini, cum sacrosancta Eucharistia in solenni supplicatione gestatur, si adfuerit Episcopus, is eo ferendæ Eucharistiæ officio fungatur, si nõ adfuerit, id minus exequatur solus is presbyter, qui secundum Episcopum, pro eius loci consuetudine, honore ceteris præstat, nisi ex priuilegio, aut consuetudine ad alium presbyterum ea cura pertineat.

2. ti. 2. dec. 7.

2 Quæ processionem post solennem illam, quæ manè in celebritate Corporis Domini fit, vel eodẽ die, vel reliquis seq. septẽ diebus obiri solent, ex ne fiant, nisi quibus Ecclesijs Episcopus concesserit, ijsq; facultatem tantum det, vt mane, non à prandio habeantur, nisi temporis iniuria impediret, quo minus mane obiri possent.

4. quæ ad sanctis. Euchar. Sacram. pert.

3 In solenni illa processione, in qua sanctissimum Domini corpus per urbem religioso cultu. defertur, ne reliquæ yllæ, sed illud solum, vt veteris instituti, ecclesiæ q; Romanae matris consuetudinis est, pio, religiosoq; apparatu, solenni que celebritate feratur.

4 Canonici singuli, & qui dignitates obtinent, cum processionem publicas, illam præsertim solennem, quæ in celebritate facti diei Corporis Domini agitur, atque alias item in portando sanctissimo Sacramento singulis mensibus constitutas, obeunt, intortitium accensum in manibus, capite aperto, ferant.

Capitulum autem decenti magnitudine, & crassitudine habeat, quot canonicorum numero satis sint.

Reliqui chori ministri ceteros item accensos habeant, eosq; forma conuenienti.

4. de processionibus.

5 In omni processione, & illa præsertim, quæ solenni die Corporis Domini agitur, clerus secularis, superpelliceo mundo, candidoq; indutus, vt adlit, præmoneatur.

4. quæ ad sanctis. Euchar. Sacram. pert.

6 Quò autem religiosius Prouinciæ nostræ fideles sanctissimi Corporis Christi Domini solennitatem colant; pietatis que operibus, quæ sacro illius solennitatis tempore præstanda sunt, indulgentias à summis Pontificibus, Urbano IIII. Clemente V. Martino V. item & Eugenio IIII. concessas, consequantur; parochorum cura sit, die Dominico, solennitatem præcedenti, hæc paterna charitate, grauique

grauique sermone illos præmonere, atque hortari.

Primo, vt confessi, vel in solennitate, vel intra octauam, sacram communionem sumant.

Vt pro facultatibus eleemosynam dent.

Vt purè, castèq; in orationibus frequentes, atque assidui sint, in pietatisq; Christianæ exercitationibus conseruentur.

Vt pridie solennitatis ieiūnent.

Vt, & in solennitate, & reliquis deinceps septem diebus ad vespertinum, & matutinum, aliarumq; canonicarum horarum officium, & Missæ solennis sacrum frequentissimi conueniant, processionemq; solennem item supplices obeant.

7 Vtq; ad ea Christianæ pietatis officia fideles magis inflammètur, per eosdem patochos, indulgentiæ, vt infra exponuntur, ab eisdem Pontificibus unicuiq; verè pœnitenti, & confesso datæ, euulgentur.

Ieiunantibus, pridie solennitatis, indulgentia cõcessa annorum cētū.

Presentibus in vespertis primis, Indulgentia annorum etiã cētum.

Ijs, qui in solennitate Missæ solennis sacro intererunt, indulgentia annorum totidem.

Qui in matutino aderunt, ijs indulgentia annorum totidem.

Qui in secundis vespertis intererunt, ijs quoque data indulgentia totidem annorum.

Qui Primæ, Tertie, Sextæ, Nonæ, Completorij officijs aderunt, indulgentia ijs datur quadraginta annorum pro singulis horarum officijs.

Qui intra octauam, vespertino, matutinoq; officio, & Missæ solennis sacro aderunt, indulgentia item datur annorum centum.

8 Quod in multis huius Prouinciæ locis religiosæ consuetudinis est; 4. vt supra, de processionis. retinere, aut, sicubi non est, introducere Episcopi studeant, ut omnes, tum mares, tum sceminæ sacro solennitatis sanctissimi Corporis Domini, religiosoque die eam processionis celebritatem non è fenestris, neque omninò è superiori loco inspiciant; sed eam prosequantur, omni pietate, religiosoque venerationis studio.

De Vasis, instrumentisq; ad sanctissimum Sacramentum in processionibus deferendum necessarijs, cum eorundem formulis.

S V M M A R I V M.

1 Tabernaculum paruulum; vnum in parochiali, in Cathedrali verò Collegiata duo.

M *Eiusdem*

- 2 *Eiusdem tabernaculi forma ex decreto Provinciali, & Inſynodabili.*
- 3 *Velum unum in Cathedrali, & Collegiata tantum, & quale.*
- 4 *Umbellę dua, tam in Cathedrali, & collegiata, quā parochiali ecclesia, & quales. De vasis, ad sacram Eucharistiā egrotis offerendam, num. 4.*
- 5 *Candelabra, cereoferariarū duo, cum luminibus. De Processionum numero 9.*

Inſt. ſup. ecc.
Basil. Cathe.
& colle. ecc.
lib. 2. De ſup-
pell. quę ad
cultum, &c.
Ibid. De ſu-
pel. eccl. par.



TABERNACULA parvula duo: alterum altius, atque ornatius, alterum minori, & altitudine, & ornatu. Amboque ad usum exponendę in altari sacre Eucharistię, & in processionibus ferendę, in Cathedrali, collegiataque Ecclesia.

Tabernaculum parvum ad sacre Eucharistię, in altari exponendę usum, & in processionibus ferendę

in parochiali.

4. quę ad san-
ctis. Eucha.
Sac. pert.

2 Tabernaculum autem, quod agendis processionibus, uel exponendę sacre hostię usui est, pellucido vitro, uel christallo undique circumdatum sit: lunulamque forma instructionibus suppellectilis Ecclesiasticę prescripta, huiusmodi habeat, ut aperiri commodę possit, & fragmenta colligi, si quę fortę ibi relicta sunt. Ipsa autem lunula saltem cum supposito parvulo scuto, ex argento constet.

Instr. de for.
supel. lib. 2.
De Tabern.
parvulo san-
ctis. Euch.

Tabernaculum parvulum sanctis. Eucharistię, sit ex auro, aut argento puro picto, eoque certis locis inaurato aut saltem ex auricalcho consistat, quod auri puri specie bene integatur.

Forma rotunda sit, & altitudine cubitali, aut maiori, minorive, pro tabernaculi magni ratione: amplitudine, quę hostiam amplam commodę capiat.

Distingui debet certis spacijs, intra columellas interiectis: quę columella ornate fabrefacta, non impares, ne sacra hostię prospectum a lateribus impari impediunt: sed pares, nempe quattuor, aut sex, aut octo esse possunt: quę si octo, binę collocentur.

A summa parte columellarum existere debet ornatus ę Zophoro Corymbo, quod opus fregio vocant, & coronicibus constans: ita ut in eorum tabernaculi fastigium semispherale, aut pyramidaliter nitatur, adiunctis in ima parte fastigij duabus fibulis, siue unciis, quibus fastigium cum Zophoro connectatur, affixa in summo parvula cruce quadrata, aut imagine Christi Domini crucifixi, uel resurgentis.

Pes, quo tabernaculū huiusmodi sustentatur, in orbē latinusculę ductus, forma sexangula, uel octangula sit, quod firmitus, & decentius habeat. Nodus in medio decorę, rectęque ornatus, nihil uel minimum emittens habeat, quo

quo dum capitur, incommode capiatur, aut digiti quicquam ledantur. A parte inferiori tabernaculi, lamina orbicularis omnino argentea, atque inaurata, pro illius magnitudine esse debet: quae sensim à lateribus, indeque circum in labijs eminent, fundum constituit, atque eiusmodi, ut cum usu venerit, amoveri queat.

In cuius laminae fundive superiori parte, media affigi debet parva lunula aurea, vel saltem argentea inaurata, duplex: quae, brevis, tenuique suffulcimento sustentata, à fundo paululum extet; tantulo praeterea spacio divisa, quantulum sacra hostiae crassitudo capit: eo item fabrilis opere confecta, ut una altera in sustentaculo firmiter, apteque inserta, aliquando disiungi possit: quò accuratius, si quae fragmenta hostiae sacrae in parvulo illius medio spacio remanserint, colligatur.

A parte autem inferiori lamina haec parvulo, tenuique tubo transversali consistet, per quem spinula argentea ducta, eam laminam firmiter cum tabernaculo planè connectat.

Tabernaculo ita constructo, vas forma orbiculari, illius magnitudini aptè conveniens, à summa parte clausum, & solidum, ab ima vero apertum à chrystallo, aut è vitro pellucido pretiosiori apparari debet: quòd intra ipsas tabernaculi columellas inseratur: unde sacrae hostiae prospectus, esse possit.

3 Velum unum, idque insignius ad sanctissimam Eucharistiam in processionibus solennioribus ferendam, in cathedrali, collegiataque Ecclesia paratur.

Vela maiora ad sanctissimae Eucharistiae deferendae usum, auro pariter, aut argento intexta, aut si quis velit, etiam aurea aut argentea, lata sint, ut neli tela, longa cubitis sex.

4 Umbella una pretiosior, in solennioribus processionibus adhibenda, eaque tam in Cathedrali, & collegiata, quam à parochiali ecclesia praeparatur.

De oratione quadraginta horarum, & sanctissimi Sacramenti asservatione, feria v. in Coena Domini.

S V M M A R I V M.

- 1 Oratio quadraginta horarum instituta, retinenda. 3.
- 2 Ea in ecclesia, & quae. 3. Quoque modo habenda. 2.
- 4 Sanctissimum Sacramentum ubi collocandum. 2. Et quo ornatu. 2. 4.
- 5 Quot luminaribus.
- Quibusque clericis, qua ratione, & cum quibus alijs. 7.
- 6 Orationis huius initio, vesperi pridie expositionis, maneque eiusdem diei signum campanis dandum.

M 2 Clericis

Inst. supp. eccle. Basil. Ca the. & colie. eccle. lib. 2. De sup. que ad cultum, &c. Inst. for. sup l. 2. De velis Pixid. in fi. Inst. sup. ecc. Cath. colle. & paro. etcl. li. 2. d. supel. que ad cultum, &c.

- 8 Clericis congregatis processio agenda.
 - 9 Eo exposito, quot clerici assistant, quoque habitu.
 - 10 Tabule precum, ad altaris cancellos affigenda.
 - 11 Sermo, frequenti populo, habendus.
 - 12 Orationes eiusdem curatores, qui deligendi, quod illorum munus.
 - 13 Sumptus ad ornatum orationis, ex elemosyna faciendus.
 - 14 Orationis eiusdem tempore, vas non exponendum.
 - 15 Horis quadraginta continenter.
 - 16 Populus oraturus in classes partiendus.
 - 17 Fœminis à viris separata orent.
 - 18 Noctū, qui ad eam non conueniant.
 - 19 Orantibus noctū deficientibus, quid faciendum.
 - 20 Cū oratio noctū celebratur ostia clausa retinenda.
 - 21 In monialium ecclesiis noctū, nemo ad orandum introuidendum.
 - 22 Sanctissimum Sacramentum reponendum, illo mane deprompto.
 - 23 Horarum quadraginta tempore transacto diutius non exponendum, citra Episcopi licentiam.
 - 24 Absoluta oratione in vna Ecclesia, si in alia sit inchoanda, quid agendum.
 - 25 Prescripta ratio in exponenda ordinaria hac oratione, seruanda etiā in extraordinaria.
 - 26 Extra hunc ordinem in vlla ecclesia non constituenda, siue Episcopi conc. c. 11.
 - 27 In Cathedrali ecclesia oratio ipsa, pluribus luminibus, maiori cleri frequentia, & populi concursu celebranda; classum vt supra distinctione facta.
- Orationi huic quadraginta horarum ordinaria, aut extraordinaria vacantibus, indulgentia concessa: eaque sæpè publicanda. De Indulgentiis. 13.
- 28 Vbi sanctissimum Sacramentum feria quinta in Cœna Domini recondendum est, sacerdos excubet.

1 Primū, quæ pert. ad Sacram. sancti Euch.



1 T oratio, quam vocant, quadraginta horarum, coram sanctis. Sacramento, quo frequentissimus populus conuenire solet, qua pietate, & religione instituta est, eadem retineatur, & propagetur, decernimus.

2 Vt Sacramentū in altari, decenter ornato, collocetur: quo tpe, vel Litanie cantentur, uel si tem-

4. quæ ad sancti Euch. Sacram. pert.

poris ratio patiatur, Missa celebretur, neq; tamen extrâ ambitum templi sacra Eucharistia deferatur, nisi secus videatur Episcopo.

3 O ratio quadraginta horarum, religiosè instituta, vt perpetuo sanctis-

sanctissime, cum salutari que animarum fructu retineatur, hæc etiam præter cætera, eo de genere alias sancita, constituimus, & decernimus.

Primo in ijs solum Ecclesijs siue secularibus, siue regularibus, fiat celebraturve, in quibus sanctissimum Sacramentum asservatur: nec verò in ijs omnibus; sed in illis tantummodo, quas Episcopus stauerit.

4 Fiat autem in conspectu sanctissimi Sacramenti: quod è tabernaculo repositum, in maiori, alioue, si Episcopus ita censuerit, altari pro-palam colloceur. Quod, vt cum dignitate, decorè, religiosèque agatur, altaris, uel capellæ, vbi exponetur, collocabiturve, ornaus decens sit.

5 Cerei præterèa in altari accensi, ad summum decem, minimum verò sex decenti crassitudine, ac longitudine colluceant: lampades ite ne plures, quàm duodecim, aut tredecim, nec verò pauciores, quàm tres. licebit tamen Episcopo ob causam permittere, vt maior luminum numerus aliquando adhibeatur.

6 Orationis initio, cum sanctissimum Sacramentum palam proponen- est, primùm datis solenniter de more pridie illius diei, vesperi, & iterùm eo die paulò ante capanarum signis, præsens adsit, cum sacerdos, plu- uiali indutus, qui illud religiosè proponat: tum illius ecclesiæ, ubi ora- tio futura est, aut totius parochiæ, si ecclesia parochialis est, clerus su- perpelliceo vestitus, qui in hac functione illum adiuuet.

7 Si verò, qui conuenerint, clerici, vel parochiæ, vel ecclesiæ paucio- res sunt, quàm sex; alij aliunde euocentur, vt ne eo numero pauciores adsint; hi que eum luminibus accensis, tum homines itidem, parochiæ, in cuius ecclesia, finibusve oratio exponitur, præsertim sanctissimi Sa- cramenti sodalitati adscripti.

8 Processio in exponendo sanctissimo Sacramento per ecclesiam a- gatur litanijs, stans que antiphonis, precibus, & orationibus, tum cereis accensis: itidem que in eo reponendo seruetur.

9 Dum illud in altari propositum est, interdum clerici duo superpel- liceo induti, capite aperto, ad altare semper affstant: quorum alter diaconus, saltem sit; noctu verò saltem vnus, is que in sacro ordine constitutus.

10 Ad altaris vero capellæve, ubi proposito sanctissimo Sacramento oratio fit, cancellos affixæ sint tabulæ precum, & orationum, que pro- temporum, calamitatum que ratione orantium vsui ex sanctæ Matris, Ecclesiæ instituto accommodatæ, eæ que litteris grandiusculis ex scri- ptæ, loco perpetuò sint.

11 Ad excitandam præterèa populi, in stata hac oratione uersantis:

pietatem, hoc curetur, ut aliquando, quo praesertim tempore, quave hora frequens est fidelium ad eam concursus, sermo, is brevis, ad pie meditationis studium inflammandum appositè habeatur.

12 Ut autem ad huius Constitutionis praescriptum omnia, quae ad huius statæ orationis usum, sanctè retinendum pertinent, decore, rectè, ordineque agantur: unicuique vr̄bis regioni ab Episcopo aliquot uiri graues, pietatis, spiritualisque vitæ amantes, & in ijs saltem vnus ecclesiastici ordinis, qui alijs praesit, constituantur: qui in sua quique regione orationis huius curam gerant, quo tempore illa celebratur. Eorum, praeter cætera, munus erit, cum viderent, ut ad huius sanctionis praescriptam normam illa fiat, celebreturque, tum quibus in Ecclesijs proximè ea futura est, illarum ministris ipsam significare, ac praenunciare.

13 Porro ad ornatum, atque apparatus huius orationis celebrandæ, ne quid ob sumptus necessarios desit; à parochiæ incolis parcho, in cuius ecclesia illa fiet, adhibitis simul aliquot parochialis viciniae uiris, Episcopo probatis, elemosynam eo nomine quaritare, & colligere liceat. Quæ elemosyna, si quæ vniquam ex impensis illis reliqua erit, Episcopi arbitrio in usum, & ornatum, qui ad cultum spectet, sanctissimi Sacramenti, erogetur in illa ecclesia, vel in alia, vbi magis necessaria sit.

14 Nec verò, hoc vel alio praetextu, illo orationis tempore ad elemosynam excipiendam, colligendamve pelues, aut uasa eiusmodi patula exponantur; sed Episcopi permisso, concessuue capsulas proponi liceat.

15 Orationis huius curatores videant, ut per quadraginta ipsas horas continenter fiat: ac ne ad momentum quidem temporis, nec diu, nec noctu intermittatur.

16 Cui rei, quò cautius prospiciant; supputata parochialis viciniae incolarum, tum marium, tum foeminarum ratione, illisque in certas ob eam curam classes congruenter distinctis, & dispositis horas statæ orationis pro supputatione inita, & populi partitione facta, ita separatim ordineque assignent, ut sua hora classes singule ad orandum conueniant, & intermissionis nullum spatium relinquatur.

17 Hoc orationis tempore, in ecclesia, vbi illa celebratur, foeminae à maribus separatae, tabulato ad instructionum praescriptum interiecto, aut alio intersepto adhibito, orent.

vt supra.

Inter diu autem mares, quantum fieri potest, separatim à foeminis orent.

Ibidem.

18 Nemini autem eo, praeter orantes custodes, huius orationis causa noctu conuenire liceat.

Ne

Ne noctu feminis orandi stata hora, aditusve in ecclesia detur. 4. vt suprâ cã. sequ.

19 Quod si noctu orantes deerunt, sanctissimum Sacramentum in tabernaculo reponatur.

Quod si fortè ex hac, vel alia causa Episcopi iussu aliquando noctu intermitteri contigerit; interdium compensetur continenti orandi spacio.

20 Cùm oratio noctu celebratur; ne propterea ecclesię ostia pateant, sed clausa, pulsantibus, & ad orandum conuenientibus, etiam singulis, aperiantur.

21 In ecclesijs monialium, cùm oratio hæc celebratur, nemo profusus noctu in illam ad orandum intromittatur.

22 Verùm ibi sanctissimum Sacramentum per noctem in tabernaculo maiori repositum, moniales solum ab interiori ecclesia ad orantes, nocturno eo tempore per statas horas in oratione perseuerent; summo verò mane iterum è tabernaculo illud depromatur.

23 Præfinito illo quadraginta horarum tempore, nec verò diutiùs, in ecclesia, vbi concessum est, oratio hæc celebretur. Id verò temporis prorogari ne liceat, nisi Episcopi concessu.

Tamen cum noctu terminari contigerit, ad lucem produci eiusdem iussu licebit, si quando huius orationis initium, & finem noctu fieri, minus decenter ille animaduernerit.

24 Per horam, antequàm in vna ecclesia oratio hæc terminetur, in altera, vbi proximè futura est, de more ritè inchoetur.

25 Quæcumque de loco, ecclesiave, in qua exponenda sit sacra Eucharistia pro oratione quadraginta horarum, hac constitutione suprâ prescripta sunt, aut de aliis ad cultum, & venerationem sanctissimi Sacramenti, aut ad altaris, capellave, vbi illud palàm proponetur, apparatus, atque ornatum pertinentibus, ea cum in ordinario orationis huius instituto, & usu, tum etiam, si quando extraordinariè idem adhiberi petiunt, aut concessum erit, inuiolatè, accuratèq; feruentur.

26 Oratio, quæ quadraginta horarum dicitur, ne vlla in ecclesia extrâ ordinem constituatur, sine Episcopi concessu. 2. tit. 2. dec. 16 Isque eam ita sanctè geri curet, vt pij illius instituti ratio exigit.

27 In ecclesia Cathedrali, quoties oratio quadraginta horarum, uel inchoatur, uel peracto in aliis ecclesijs illius cursu, in eadem iteratur, aliave ratione exponitur, indiciturve; omnis ratio suadet, vt splendidiore luminum apparatu, & maiori cleri frequentia, maioriq; populi cõcurfu habeatur, atque celebretur. Quare illius orationis initio, quod in ea ecclesia fit, rursus in eiusdem fine, vt epò videbitur, cū illius Ecclesiæ clerus, populusq; si quem pro parochiæ rone peculiarem hêt; tam etiam vniuersus vrbis clerus, tam sæcularis, quàm regularis, quæ suppli

cationibus publicis interesse solet, ac sodalitates omnes, & cunctus pretereà populus, suis parochialibus sanctorum insignibus distinctis, in illam matricem ecclesiam generatim, vniuersèque ad orationis celebritatem conueniat.

Sigillatim uerò pro uniuscuiusque parochiæ, uiciniaeue, in classes distinctæ, ratione, quam Episcopus certam statuerit, inieritue idem tum clericus secularis, ac regularis, tum populus statim horis, sibi ordine speciatim attributis, ad eam Basilicam concurrat, more solennium processionum, cruce. s. prelata, & precum, añarum, psalmorumq; pio, ac religioso cantu; indeq; quo ordine processerit, eodem piè, deuoteque redeat.

28 Feria quinta Cœnæ Dñi, quò religiosius colatur, & custodiatur locus, in quo sanctiss. Christi Domini corpus recondi solène est: Episcopus diligenter curet, ut & in Basilica Cathedrali, & in Ecclesijs, tam collegiatis quàm parochialibus semper unus, saltem Sacerdos, aut sacris initiatus, eo sacro loco, tanquam in statione collocatus, excubet, atque euigilet in assidua precatione, sanctaque meditatione.

De Vasis, & instrumentis exponendæ sacræ Eucharistiæ
vsi, pro oratione quadraginta horarum, necessarijs cum eorundem formulis.

S V M M A R I V M.

- 1 Tabernaculum paruum, & cuius formæ. De vasis, &c. ad sanctissimum Sacram. in process. deferen. num. 2.
Vela, & qualia. De custodia sanctiss. Euch. num. 10.

Instr. supp. eccle. Cathe. colleg. & paroc. eccl. li. 2. De supelle. q. ad cultū. &c.

TABERNACVLVM unum in parochiali ecclesia, ad exponendam in altari sacram Eucharistiam; & in processionibus deferendam, in cathedrali uerò, & collegiata ecclesia duo sint, ad eundemmet usum.

Quæ pertinent ad Sacramenti pœnitentiæ administrationem.

S V M M A R I V M.

- 1 Confessio peccatorum semel saltem in anno parochio faciendâ.
Non tamen vsque ad hebdomadam Sanctam differenda. 13.
Confessi in Pascha referendi in librum. De Confessario. nu. 7.
Qui eo tempore non communicarint, ecclesiæ ingressu interdiciendâ.
De Sanctæ Euchar. in eccl. administr. num. 8.
2 Quod interdictum, ut relaxandum.

Con-

- 3 Confessus aliene diocesis confessario non approbato, ut inconfessus habendus.
- 4 Confessarij eiusmodi pœna Decretique publicatio.
- 5 Aegris à medico confessio suadenda, & quid aliud agendum.
- 6 Parochi, & ægroti familiarium officium erga illum ægrotum, 7. in fine.
- 7 Medicus excommunicationem incurrit ægros inconfessos ultra quadriduum visitans, usque illam euadat, quid faciat. 11.
- 8 Domesticis spiritualis cura ægrotorum commendatur.
- 9 Ut Constitutio Pij V. a Medicis seruetur, Episcopi cura.
- 10 Eadem Constitutio quotannis semel promulganda.
- 11 Medici iurantes seruare prædictam Constitutionem, excommunicationem euadunt.
- 12 Aegrotis non prorogandum tempus confitendi, nisi Episcopi concessu.
- 13 Quando quoque loco non audienda confessio. De confessario numero 10. 11.
- 14 Illius audiendæ tempore parochi assistentia.
- 15 Que preparatio à pœnitentibus in illa adhibenda, quæque cauèda, 16. & de Sacramentis, & Sacrament. 13.
- 17 Utque fideles ad illa sollicitè accidat, quid faciat parochus, & quando.
Absolutio quibus neganda. De confessario num. 15.
A quibus sacerdotibus audiri non possit confessio, num. 1.
A sacerdotibus singulis saltem hebdomadis facienda. De Missis sine cantu. 54.
- 18 Eo item profecturi, ubi pestis, & hæresis est, confessarijque defectus, illa agant.
- 19 Mulier quoque paritura.
- 20 Nauigaturus etiam profecturus, periculosumque negotium suscepturus, confiteatur.
- 21 Idem faciat ab itinere, nauigatione, belloque reuersus, req. benè successa.
- 22 Pœnitentia publica, publicè peccantibus imponenda.
Vbi pœnit. pecuniaria sit dan da, quibus locis attribuenda. De confess. 8.
- 23 Publica, & solennis in usum reuocanda, & instructionum præscripto.
- 24 In reuocandis publicis peccatoribus à peccandi occasione.
Episcopi cura, & quo præsertim tempore id præstandum.
Ieiunium quale, & quibus diebus faciendum. De Aduertu, & c. à 2. ad 12.
Confessio in Missa non inchoanda nisi omnibus ad missæ ministerium necessarijs preparatis. De Missis sine cantu, 61.

1. q̄ ad pt. ad
sacram. post
administ. c.
omnis vtr. se
cus de p̄nit.
& rem. c. cū
infirmis, eo.
3. de iis, quæ
ad p̄n. sacr.
per.



Innocentij Tertij constitutionem, in generali Co
cilio æditam, qua sancitum est, ut fideles, saltem
semel in anno, proprio parochio peccata sua con
fiteantur, iniolate omnes seruent.

Si quibus Ecclesiæ ingressu, Christianaq̄, sepul
tura publicè interdictū est, qm̄ confessi, ut est sã
ctæ matris Ecclesiæ præceptum sacræ Paschæ tē

pore corpus Dñi nō sumptserint, eorum interdicti vinculum non rela
xetur; nisi primum cauerint, se tempore eis a parochio præscribendo,
& de peccatis confessuros, & sacram Eucharistiam sumpturos esse, &
in posterum sanctæ Ecclesiæ præceptis; & huic præcipuè obediētes
fore, quod est de confessione, & de communione Paschæ tempore su
menda. Parochus deinde populo significet illos ipsos, quos iam inter
dicti vinculo irretito denunciaret; eodem solutos.

Ibidem.

3 Qui ad confessarium, etiam regularem, in aliena diœcesi commo
rantem, dedita opera se conferens, peccata sua sit confessus, nisi confes
sarius illa, & ab Episcopo loci, & à confitentis ordinario ad confesio
nis audiendas probatus erit, ei, tanquam in confesso, parochus Eucha
ristiæ Sacramentum nē præbeat; illius præterea ordinarius, cuius con
fessionem ille sacerdos confessarius non probatus audierit, nē eum pa
tiaur in sua diœcesi confessiones per biennium audire, neque itidem
concionari.

4 Quod decretū Quadragesimæ initio a parochio promulgetur qui
bus locis Episcopo videbitur.

3. vt suprà.

5 Salutarem eiusdem Innocentij Constitutionem, eo item Concilio
latam, nos ad vsum reuocantes, præcipimus, ut medici ad egros, in le
cto iacentes, adducti, antequam illorum curam suscipiant, eos planè
moneant, ut idoneo confessori de eorum peccatis confiteantur.

Quibus etiam denuncient, se, nisi id quattridui spatio ad summum
præstiterint, eorum curationi defuturos.

6 Parochum etiam curabunt certiore fieri de eo, qui in eius paro
chia morbo affectus teneatur, qui pro sui officij munere statim egrum,
conuenire, & cum eo agere debet, ut per hoc Sacramentum Deo re
concilietur.

7 Iubemus autem medicos, excommunicationis pœna iis proposita,
quam iure ipso subeant, si secus fecerint, transacto quattriduo ab illo
rum curatione omninò abstinere, nisi certo cognouerint, eos postquã
in eam febrim, morbumuè inciderunt, confessos esse, aut Episcopo, ei
uè, cui Episcopus eius rei facultatem dederit, aliud ex iusta causa vi
deatur.

8 Hortamur denique omnes, quos aliqua de ægrotis cura attingat,

vt

ut nullam occasionem omittant inculcandi eis, quæ ad animæ salutem pertinent.

9 Quod Summus Pontifex Pius V. propositis excommunicationis, aliisque pœnis iussit, medicos ab egrotantis curatione post triduum abstinere, nisi eo tridui spatio, de peccatis suis confessus ille sit, id Episcopus curet quàm diligentissimè obseruari. Rationemq; præterea aliquam stauat, qua medicis ipsis facilius exploratum esse possit, egrû peccata sua verè confessum esse.

2. tit. 1. decr. 17. De cõst. n. 8.

10 Grauisima illa a Pio V. Summo Pontifice de Medicis edita constitutio, quotannis semel saltem, de more promulgetur, si id opus esse Episcopus censuerit.

3. de iis, quæ ad pœn. sacr. pert.

11 Medici quicumque, uel in vrbe, uel in diœcesi sunt, duorum mensium spatio per singulos Episcopos, si id ante non præstiterint, iureiurâ do obit ingantur, quo spondeant, se, quod Pij V. Pontif. Max. sanctione, de medicis edita, præscriptum est, integrè, inuolatèq; seruaturos esse. Quis id iurandum præstiterint, nè excommunicationis pœna, Concilio prouinciali primo Decretas, sed iis tantum pœnis illa Pontificia Constitutione sancitis, irretiti teneantur, si contrafecerint.

4. quæ pert. ad sac. pœn.

12 Nec verò confessarius sacerdos, confitendi tempus egrotati proroget, nisi primum re cum Episcopo, eouè, cui ille id curæ dederit, communicata, prorogationis facultatem, scripto exaratam, ab illo impetrarit.

13 Parochi sæpè cohortentur, & moneant fideles, nè confessionem, quæ Paschæ tempore fieri debet, vsque ad sanctam hebdomadâ differant.

i. ut supra.

14 Caueant Curati, nè iis temporibus, quibus confessiones frequentiores esse solent, præcipuè per octo dies ante Natalem Domini, & à Dominica Passionis vsque ad Resurrectionis octauam, etiam alio ad funera, & alia sacra officia uocati illud audiendæ confessionis munus in sua Ecclesia, sine causâ necessaria, prætermittant, aut ullo modo differant.

15 Ad sacramentum pœnitentiæ, quo a peccatis liberamur, nemo sine debita præparatione accedat, ut in spiritu humilitatis, & amaritudinè animæ suæ, non expectata confessoris interrogatione, ipse peccata sua confiteri possit: cuius tamen diligentia adiuuandus erit, ubi aliqua in parte deficere videbitur.

In pœnitentiæ sacramento magna humilitas summè necessaria est. Itaque pœnitentes, cum ad confessarium, qui Christi Domini locum in co ministerio tenet, accedunt, intimo animi dolore, omnique humilitate, non subiectis puluinaribus, si necessitas aliud non postulat, sese ad illius pedes proiciant, ac prosternant, id quod ab Apostolicis vsq; pos-

5. quæ ad pœnit. sac. pert.

positum est, ut se reos agnoscant, atque profiteantur mortis aeternae.
Dum confitentur, sint manibus iunctis, digitis paululum erectis, oculis demissis.

5. quæ ad pe-
nit. sacr. pert.

17 Ut ad sanctum poenitentiae Sacramentum fideles sollicitè, diligenterque accedant; at parochus præstet, ut in hebdomada, quæ quadragesimam proximè præcedit, ad patrum familias eedes, quæ intra parochiæ suæ fines sunt, sigillatim eat, ac uideat accuratè, qui obligatione huius Sacramenti suscipiendi, & Sacrae Eucharistiæ Paschæ tempore sumendæ deuincti sint, eorumque nomina rectè describat: ac singulos præterea, eosque præsertim, qui per rarè confitentur, moneat, ut ne confessionem differant in postremos illos quadragesimæ dies, quibus sacerdotes, vel ob mysteriorum celebritatem, assidua diuinorum occupatione ab audiendis confessionibus impediuntur, vel frequentè, tunc concursu fidelium defatigati, in eo ipso munere præstando se comprimunt, ut tantum, tamque salutare ministerium in frequentissima multitudine uix rectè illis præstare queant. Proinde Quadragesimæ hebdomadas, pro populi sibi commissi ratione, sic paritè curet, ut alias illi viciniae, familiaris, aut partim uiris, adolescentibus, & pueris, partim mulieribus, virginibus, puellisue præstituat, quibus ad confitendum distinctè, atque in tempore accedant.

5. quæ ad pe-
nit. sacr. pert.

18 Salutariter ex doctrina Spiritus sancti cautum est, Christi fideles de peccatis confiteri debere, quotiescunque rem, actionem uè aliquam aggrediatur, in qua præsens mortis periculum pertimescendum sit. Quamobrem parochus curet, atque efficiat, ut, præter id, quod Pij V. Constit. Decretoque provinciali de egrotante sancitum est, si quis etiam parochialis eò profecturus est, ubi sit, aut pestis, aut heresis, ubi nullam confessarii copiam habere possit, aut ad bellum iturus sit, pugnam in iturus, aut iter infestum, navigationemque periculosam facturus, ante quam viæ, navigationi uè se committat, peccata confiteatur.

19 Idem officium præstet de mulieribus proximè parituris.

20 Id præterea cohortetur, ut quis navigationem, iter longum, negocium uè periculosum suscepturus, religiosè etiam sumat sacrosanctæ Eucharistiæ Sacramentum: & mulieri item proximè paritura frequentius.

Moneat quoque; se penumero, cohorteturque, ut quoties quis rem arduam, & difficilem, etiam, in qua nullum mortis periculum extimescendum sit, aggreditur, primò confessus itidem faciat, ut tanto Sacramento corroboratus spe erectiori fiat rei benè gerendæ.

21 Cum autem, vel ab itineris, uel à navigationis, vel à belli alterius uè rei periculo, aut a negotii, ut cumque successit, cura difficili, benè iuvante Deo, liber erit; hoc cum hortetur item, ut quamprimum pie confiteatur.

festus, Deo gratias agat huius sacramenti sumptione, in qua precipua quedam ratio inest, qua Deo pro immensis in nos collatis beneficiis aliquam gratiam referamus.

22. Idem, quemadmodum a sancta Tridentina Synodo iussum est, publice peccantibus, publicam poenitentiam imponant, neque illud publice poenitentiae genus, nisi data ab Episcopo facultate, secreta alia commutare audeant.

1. vt supra. Sess. 24. ca. 8. de refor.

23. Studeat Episcopus ad sacrorum Canonum, & Tridentini Concilii prescriptum, pro publicorum delictorum grauitatis ratione, & publicam, & solennem poenitentiam in usum reuocare.

3. de iis, quae ad poen. sacr. per. c. poenitentes, c. in capite cum seq. dist. 20. Sess. 24. c. 8.

Quos vero ita solenniter poenitere oportet, mense ante Quadragesimae initium ad se per parochos deferri curet, ut primum ineunte Quadragesima illi poenitentia affici, tum die Coenae Domini Ecclesiae reconciliari possint, stato solenni ritu,

Quod in Concilio prouinciali tertio de poenitentia, & publica, & solenni, sacrorum canonum iure, & aecumenice Synodi Tridentinae auctoritate sancitum est, id ad usum inducatur, vel reuocetur, atque adeo ita rite, recteque praestetur prout in instructionibus, quae ad communem totius prouinciae usum iussu nostro edentur, ex canonum fontibus, sanctorum hominum disciplina, Ecclesiasticisque institutis praescriptum erit.

5. vt supra.

14. Episcopi cura praeter caeteras illa etiam precipua esse debet, ut quantum in se est, fideles peccatorum laqueis implicitos a turpissima peccandi occasione sollicitudinis Episcopalis studio, atque officio reuocet, animarumque vulneribus remedia opportuna adhibeat. Ineunte igitur in primis Quadragesima, quam diligentissime inuestigabit, si qui, uel in vrbe, uel in dioecesi sunt, qui opera carnis sectantes turpiter uiuant: si qui item odia, & inimicitias exercent, si qui alii denique, qui in aliqua peccandi consuetudine, usuque iactant. Si quos porro huiusmodi ille compererit, omni ratione, atque officio illos ad id inducat, ut a uia, quae ducit ad interitum, sine mora se abducentes, iter salutis omnino, uerèq. suscipiant.

5. quae ad poenit. sacr. pt.

Quamobrem eos ipsos, ut pro facti ratione magis expedire iudicabit, uel priuatim ad se accersat, atque adeo instet, quemadmodum ait Apostolus, opportunè, importunè arguat, obsecret, increpet, cum omni patientia, uel seueriori quoque disciplina in eos agat omni iure, omnique officio ad sacrorum canonum, sanctionumq; pontificiarum praescriptum. Nec uero antequam ipse perspexerit, istos, ab ea malè agendi uia recessisse, peccadique occasione, ac publicas offensiones praedisse permitat; et si qui testimoniū confessarii offerat, nè in Paschali quidem celebritate Sacram Communionem eis ministrari; quinimò illam tam diu differri

differri

differrī iubeat, quoad eorum ueram uitę emendationem Episcopus cognouerit, immo uerò contra eos, qui quoniam, salutaria monita spernit, in offendiculis perseverant, neque flagitiosam uitam deserunt, a sanctissime Eucharistię sumptione reiciuntur, agat Episcopus, agere iubeat, ut in Concilio Prouinciali secundo agi contra illos sancitum est, qui Paschę tempore Eucharistię Sacramentum non sumpserint, si uerò in contumacia perseverauerint, in eos præterea seuerius pro ut iuris est, animaduertat.

Quę in hoc titulo desiderantur, videantur in titulo de Pœnitentiario, De confessario, & de obseruandis a Christi fidelibus in Aduentum, &c.

De Pœnitentiario, eiusque examine.

S Y M M A R I V M.

- 1 Pœnitentiarius in omnibus Cathedralibus Ecclesiis instituentus.
- 2 Episcopi, & qualis id negligens cui rationem reddituri.
Quando is distributionum particeps sit, uel non. De distribut. 32.
Pœnitentiari prebenda vacante, a quo proponenda. De edicto proponendo in examine proficiendo Ecclesię parochiali, num. 5.
Quę conditiones in pœnitentiarij electione spectandę. Ibid.

1. quę pert.
ad sacr. pœn.
adm.
Trid. sess. 24.
c. 8. de Ref.

- 1 Episcopi in suis Cathedralibus Ecclesiis, Tridentini Concilii auctoritate, pœnitentiarium intra tres menses instituant, cū unione prebende, quę primo quoque tempore vacauerit.
- 2 Negligentes proxima prouinciali Synodo pretermissi officij rationem reddent.

De Confessario.

S Y M M A R I V M.

- 1 Confessarij munus qui agant, quique non. 2.
- 3 Si Episcopi iudicio probandi in sua diœcesi, nõ alterius prelati etiam regularis.
Quales deligendi, ubi regulares iurisdictionem habent. 6.
Regularib. approbandis, quid attendendum. 4.
Sine approbatione, confessiones audientes, excommunicati. 2.
- 7 Amonendi si malè se gerant.

Insi.

- 8 Institutiones confessarij præscriptæ in litteras testimoniales probatis includantur.
- 9 Ea Episcopi diligentia seruanda.
- 10 Mulierum confessiones, quando, & ubi non audiant.
- 11 Aliorum item ubi audiant.
- 12 Qui superpelliceum, ac stolam audiendo adhibeant, & qui alium amictum.
- 13 Quomodo confessiones audiant.
- 14 Absoluendo, manum dextram super pœnitentis caput eleuent.
- 15 Quos non absoluant.
- 16 Feneratorum conscientiam diligenter examinent.
- 17 Canones pœnitentiales sciant.
- Quibus publica imponenda sit pœnitentia imponant quam commutare non possint. De Sacram. Pœnitentia, num. 22.
- Ea, tum solennis in usum reuocanda, de eadem instructuris, Ibidem numero 23.
- 18 Si pecuniaria pœna sit imponenda, quibus attribuenda.
- 19 Nè sibi dare curent, quod erogandum est in celebrandis Missis.
- 20 Casus, Summo Pontifici, & Episcopo reseruatos apud se scriptos habeant.
- 21 Ab eis confessarij ipsi non absoluant, absque licentia. Et si regulares sint. 22.
- 22 Casuum Episcopo reseruatorum enarratio.
- 23 Eorundem quotannis in Synodo, vel Ianuarij initio promulgatio.
- 24 Ab eis absoluentes excommunicati.
- Absoluedi facultas, scripto danda 24. & quando verbo. 25.
- 26 Confessarius quicumque priuilegiorum, scholis, & regularibus concessuri, iure, ab eisdem absoluens, suspensionem incurrit.
- 27 Tandem incurrunt absoluentes uirtute indulgentiarum Ecclesijs concessuri.
- 28 Casus restitutionis incertorum Episcopo reseruati.
- 29 Vota commutandi facultatem habentes, ut illa commutent.
- 30 Absoluere qui possunt a pœnis, & censuris, cum irregularibus non dispensent.
- 31 Confessariorum nomina in tabella relata ubi ponenda.
- 32 A regulari prelato quando ad Episcopum deferenda.
- 33 Quando item confessarij ab Episcopo conuocandi, & monendi. 35.
- 34 In quibus uerferur ipsa monitio.
- 35 Confessionis, testimonium a confessarijs pœnitentibus dandum, & eius formula. 38.
- 37 Confitentium nomina in librum reficienda.

Confessarij moneant, quam graue sit abuti sacra scriptura. De abusib. script. num. 2.

Antequam confessiones audiant, quid sibi recitari faciant a penitentibus. De fid. init. a par. trad. n. 8.

Si ignorantes repereint, quid faciant. Ibid. & num. 9.

Ad confessiones audiendas examinati, in librum a Cancellario notandi, probati improbatuè sint. De Cancell. num. 30.

De confessoribus Monialium recuratur ad tit. de concionatoribus, confessoribus, &c. Monialium.

1. quæ pert. ad sac. pœn. adminif. fel. 23. 18. de ref.

4. quæ pert. ad sac. pœn.

3. vt supra.

4. vt supra.

5. quæ ad pœnit. sac. pert.

5. quæ ad sac. pœn. sac. pt.



1 Vi parochialem Ecclesiam non obrinent, etiam si regulares fuerint, confessiones ne audiant, quemadmodum statuit Tridentina Synodus, nisi.

2 Episcopi scripto approbati fuerint: qui contra fecerit, excommunicat. pœnam subeant.

Excommunicationis pœnam, Concilio Provinciali primo, & Sacerdotibus, sine approbationis facultate, ab Episcopo data, pœnitentiæ Sacramentum ministrantibus propositum, ipso facto eos, qui contrafecerint, subire decernimus, & declaramus.

3 In iis probandis hanc rationem habeant Episcopi, ut pii, benè morati, docti prudentes, patientes, de animarum salute solliciti, & fideles custodes sint eorum, quæ in confessione dicuntur, prouecta etiam cetera, præsertim illi, quibus confessiones mulierum erunt audienda.

4 Confessionis sacrae audiendæ munus sacerdotibus regularibus, quamuis ad illud ob peritiã, scientiamque idoneis, non committatur, nisi a monasterii præfecto testatam letteris fiat, eos vitæ disciplina moribusque probatos esse, ac dignos propterea, quibus id muneris imponatur, Quo in testimonii genere ipse uideat, ne quid testificando admitat, quod religiosæ conscientie suæ fraudi, sed labemue afferat.

5 In iis, quæ ad sacerdotes, pro Sacrae confessionis ministerio, vel examinandos, vel probandos pertinent, ne prælatus, etiam regularis, & exemptus, se in aliena diœcesi ullo modo ingerat, sed eam omnem illos examinandi, probandique curam Episcopo diœcesano planè relinquat.

6 Ne in monasteriis quidem, & locis, ubi regulares spiritualem, temporalemque iurisdictionem habent, quisquam Sacerdos etiam regularis, & exemptus confessiones audiat, nisi primum ab Episcopo intra cuius diœcesis fines, ea monasteria, loca uè sunt, ad id probatus fuerit.

7 Episcopus à confessionibus audiendis suspendat, aut omninò amoveat confessarios, etiam regulares iam approbatos, quos pro sua timorate conscientie religione uiderit in eo munere non ita sincere, integreque, & cum edificatione se gerere, quemadmodum & tanti ministerii illis commissi sanctitas postulat, & animarum salus deprecatur, que sue fidei concedite, sunt.

5. ut supra.

8 Confessariis sacerdotibus prescripte è nostris provincialibus Synodis, instructiones ad provincie usum, alięque item, quas eisdem, pro urbis, diocesisque sue rationibus, addi Episcopus censuerit, in litteras includantur, quibus, vel probationis testimonium, vel facultas dabitur illius muneris gerendi.

3. de iis, quę ad poen. sac. pert.

9 Instructiones ad sacramentorum, & poenitentię, & sacre communionis, ministrandorum usum, cultumque pertinentes, à nobis Concilii provincialis tertii decreto confectas, atque editas, in sua quisque urbe, diocesisque Episcopus seruari omni diligentia curet.

4 ut supra.

10 Sacerdotes, nisi ex causa necessaria, mulieres ante solis ortum, vel post eius occasum, confitentes nē audiant

1. ut supra.

Nē in cellis, sed publicè in ecclesia, in sedibus, in quibus tabella omninò inter confitentem, & confessorem interiecta sit.

Huiusmodi autem sedes in Ecclesiis, ab iis, ad quos pertinet, constituendas Episcopi quam primum curabunt.

Nec sine causa necessaria in priuatis edibus cuiusquam maris, vel femine confessionem audiant.

11 Omnes uerò uideant, nē extra Ecclesiam, oratoriumve confessionem audiant, præterquā egrotantiū, & virorum, nisi ob urgentē causā.

5. ut supra.

12 Episcopus, quo decentius, atque adeò religiosius Sacramenti huius administratio fiat, presbyteros confessarios, etiam qui alicuius congregationis clericorum regularium, alteriusque societatis regularis sint, ad audiendę confessionis officium nē admittat, neve illam audire, etiam in suis Ecclesiis, sine superpelliceo, & stola patiatur.

Efficiat, uerò, ut reliqui regulares, tam monachi, quam mendicantes, in hoc ministerio habitum, vestitumque adhibeant, quem ex regule prescripto in choro ad diuina officia celebranda adhibent, in his canonici regulares congregationis Lateranensis censeantur, cum ad rochetum, cappam etiam extrinsecus adhibent.

13 Confessarius quicumque, vel secularis, vel regularis sit, non stando sed in Sede, tamquam pro tribunali iudex, sedendo, sacram confessionem audiat poenitentium, quales, quales sint, etiam in Summo aliquo dignitatis gradu constituti iudex faciat. cum absolutionis sententiam pronunciat.

14 Quod in Ecclesia antiqui instituti, ueterisque consuetudinis est,

N recte

rectè omninò seruet, vt dum absolutionis formulam, præcesque adiu-
ctas profert, supra caput pœnitentis manum dexteram eleuet: id quod
etiam cum mysterii significatione fit.

15 Cateant confessores, nè ante debitam satisfactionem illos absol-
uant, quibus cum facultas adsit aliena restituendi, uel legata, quæ ad
pias causas facta sunt, perfoluendi, illisque, vt id facerent, superiori
confessione præceptum sit, præstare tamen neglexerunt, exceptis ijs,
qui periculosè egrotant, quos tamen moneant, ut quod debent, quam-
primum perfoluant.

Et, quia interdum in falsi testis manu est, ut non solum facultatibus
homines, sed etiam existimatione, ac vita spoliarentur; idcirco neminem
absoluant, qui falsum testimonium in iudicio, alterius detrimento dice-
rit, nisi prius dato danno, quatenus id facerit poterit, et uiolatæ illius ex-
istimationi satisfecerit.

Nè illum quidem absoluant, qui post publicum Episcopi monitum
de indicandis rebus ammissis, quid de ijs sciat, non indicarit, nisi hoc
officium ante perfoluerit.

16 Idem omni adhibita diligentia, conscientiam examinent singulo-
rum, qui fœnerantur, & qui iniquos contractus exercent, neque quem
quam in his casibus absoluant nisi debita restitutio, aut satisfactio, ex
Canonum præscripto prius intercedat.

17 Confessores Canones pœnitentiales benè nouerint, & de pœnit-
quam cuique peccato præscriperunt, confitentes admoneant, ut tanto
diligentius à peccatis cauere studeant, quanto in pœnitentiis canonum
mitigandis benigniorem in se Ecclesiam experiuntur.

18 Si pœnitentibus pœnitentia præscribenda est aliqua pecunie ra-
tione, nè sibi Sacerdotes confessarii eam pecuniam; sed locis pijs attri-
bui curent, ut in officia, operaque pietatis erogetur.

Neque verò huius pecunie distribuendæ curam ipsi, vilo plane mo-
do, suscipiant.

19 Neque præterea sibi dari curent, si quid elemosinæ causa pœni-
tenti erogandum est in Misere factis faciendis.

20 Confessores omnes casus, Summo Pontifici, & Episcopis quam-
ratione referuatos, scriptos apud se habeant; nè quid per incuriam sibi
facultatis assumant.

21 Ad eorum etiam criminum, quæ infra ordine adscribuntur, li-
centiam rescandam, prohibemus, nè confessores quemquam, ul-
lis ijs criminibus alligatum, absoluant, nisi facultas eis ab Episcopo
permissa sit. Cuius potestati, & eorum sacerdotum quos ipse
se ei muneri præposuerit, eiusmodi absolutionem in sua cuique dicitur
reseruauit.

Raptores

- 24 Raptores virginum.
 Qui Moniales violarint.
 Qui abortum procurarint.
 Qui secundo, vel propinquiori cognationis gradu incestum admiserint.
 Incendiarios, & qui damni, iniurięve causa vites, vel arbores alienas inciderint.
 Ecclesiam polluentes.
 Homicidas voluntarios.
 Qui parentes percusserint.
 Qui locis piis, infantes exposuerint, cum habeant, unde ipsos alant, neque eorum locorum damnum resarcierint.
 Notarios, qui legata, ad pias causas facta, non denunciant, ex nostri decreti præscripto.
 Qui ad magicas artes, veneficia, superstitiones, & alia huius generis Eucharistia, sacrisue rebus abutuntur.
 Qui stateras mensuras, monetasve adulterauerint, corruerintve.
- 23 Ne confessarii regulares, eorum peccatorum, quorum absolutio Episcopo reservata est, vinculis irretitos penitentes absoluat, quemadmodum a S. Sede Apost. declaratum est, id eis non licui quamvis privilegiorum suorum autoritate.
- 23 Cum pro temporum varietate casuum reservatione ab Episcopo aliquando mutari expediat, quo planius illos casus, ei reservados, confessarii sacerdotes perpetuo norint, eos Episcopus singulis annis, uel in Synodo diocesana, vel in eunte lauatorio promulget, ita, ut, quæ illorum casuum promulgatio proximè facta est, vim habeat, quo ad altera fiet.
- 24 Ab iis vero casibus, proximè promulgatis, si quis confessarius cuiusvis ordinis sine facultate scripta ab Episcopo data, aliquem absolue re attentarit, excommunicationis poenam ipso facto subeat.
- 25 Si uero ab uno aliquo speciali casu reservato, & altero ite, aut etiã pluribus absoluedi facultas aliquando sigillatim peteatur, verbo, et sine scripto, concedi poterit, tum aliàs et, quòdo Episcopus ita faciendũ cõsuerit.
- 26 Ne facultatum privilegiorũve iure, quæ cuiusvis; et Rosarij, & Crucis signatorũ scholarũ, cõfratruũ, collegiorũ, et laicorũ, quęve collegis, cõfratribusve in eo ascriptis, ante, uel post Conc. Trid. confirmationem, concessa sunt, confessarius, cuiusvis ordinis, ab iis casibus, quos sibi Episcopus in sua diocesi reservauerit, penitentes sine illius facultate absoluat. Si contrafecerit suspensionem à diuinis ipso facto incurrat.
- 27 Quod superioribus Conc. ex S. S. dis Apost. decreto confessariis Sacerdotibus, & Regularibus, vetitũ est, ne penitente, quęquã ex privilegiorũ, et ipsius regularibus, aut cõfratrib. data sũt, ni autoritateq. absoluat, idẽ iis interdictũ est, etiam Indulgentiarũ litteris, quæ ecclesijs cõcessæ sunt.

3. Ibidem.

5. ut supra.

5. ut supra.

5. ut supra.

rectè omninò seruet, vt dum absolutionis formulam, præcesque adiu-
ctas profert, supra caput pœnitentis manum dexteram eleuet: id quod
etiam cum mysterii significatione fit.

1. vt supra.

15 Caneant confessores; nè ante debitam satisfactionem illos absol-
uant, quibus cum facultas adsit aliena restituendi, uel legata, quæ ad
prias causas facta sunt, perfoluendi, illisque, vt id facerent, superiori
confessione præceptum sit, præstare tamen neglexerunt, exceptis ijs,
qui periculosè egrotant, quos tamen moneant, ut quod debent, quam-
primum perfoluant.

sup. ail. 2b. 4.
202. 209. 210.

Et, quia interdum in falsi testis manu est, ut non solum facultatibus
homines, sed etiam existimatione, ac vita spoliuntur; idcirco neminem
absoluant, qui falsum testimonium in iudicio, alterius detrimento dice-
rit, nisi prius dato danno, quatenus id faciri poterit, et violatè illius ex-
istimationi satisfecerit.

Nè illum quidem absoluant, qui post publicum Episcopi monitum
de indicandis rebus ammissis, quid de ijs sciat, non indicarit, nisi hoc
officium ante perfoluerit.

16 Idem omni adhibita diligentia, conscientiam examinent singulo-
rum, qui scenerantur, & qui iniquos contractus exercent, neque quum
quam in his casibus absoluant nisi debita restitutio, aut satisfactio, ex
Canonum præscripto prius intercedat.

17 Confessores Canones pœnitentiales benè nouerint, & de pœnit.
quam cuique peccato præscriperunt, confitentes admoneant, ut tanto
diligentius à peccatis carere studeant, quanto in pœnitentiis canonum
mitigandis benigniorem in se Ecclesiam experiuntur.

3. vt supra.

18 Si pœnitentibus pœnitentia præscribenda est aliqua pecunie ra-
tione, nè sibi Sacerdotes confessarii eam pecuniam; sed locis pijs attri-
bui curent, ut in officia, operaque pietatis erogetur.

Neque verò huius pecunie distribuendæ curam ipsi, vllò plane mo-
do, suscipiant.

19 Neque prætereà sibi dari curent, si quid elemosinæ causa pœnit-
tenti erogandum est in Misere sacris faciendis.

2. vt supra.

20 Confessores omnes casus, Summo Pontifici, & Episcopis quam-
ratione reseruatos, scriptos apud se habeant; nè quid per incuriam sibi
facultatis assumant.

Conc. Trid.
Sess. 14. c. 7.

21 Ad eorum etiam criminum, quæ infra ordine adscribuntur, li-
centiam rescandam, prohibemus, nè confessores quemquam, ul-
lis ijs criminibus alligatum, absoluant, nisi facultas eis ab Epis-
copo permissa sit. Cuius potestati, & eorum sacerdotum quos ip-
se ei muneri præposuerit, eiusmodi absolutionem in sua cuique dicitur
reseruantus.

Raptoros

24 Raptōres virginum.

Qui Moniales violarint.

Qui abortum procurarint.

Qui secūdo, vel p̄p̄iniori cognationis gradu incestū admiserint, Incendiarios, & qui damni, iniurięve causa vites, vel arbores alienas inciderint.

Ecclesiam polluentes.

Homicidas voluntarios.

Qui parentes percusserint.

Qui locis piis, infantes exposuerint, cum habeant, unde ipsos alant, neque eorum locorum damnum resarcierint.

Notarios, qui legata, ad pias causas facta, non denunciarint, ex nostri decreti p̄scripto.

Qui ad magicas artes, veneficia, superstitiones, & alia huius generis Eucharistia, sacrificie rebus abutuntur.

Qui stateras mensuras, monetasve adulterauerint, corruperintve.

3. Ibidem.

23 Nē cōfessarii regulares, eorum peccatorum, quorum absolutio Episcopo reseruata est, vinculis irretitos penitentes absoluat, quemadmodum a S. Sede Apost. declaratum est, id eis nō licui quamuis priuilegiorum suorum autoritate.

5. ut supra.

23 Cum pro temporum varietate casuum reseruatiōe ab Episcopo aliquando mutari expediat, quo planius illos casus, ei reseruatos, cōfessarii sacerdotes perpetuō norint, eos Ep̄us singulis annis, uel ī Synodo diocesana, vel ineunte Iaauatio p̄mulget, ita, ut, quę illorum casuum promulgatio proximē facta est, vim habeat, quo ad altera fiet.

24 Ab iis verō casibus, proximē promulgatis, si quis cōfessarius cuiusvis ordinis sine facultate scripta ab Episcopo data, aliquem absolue re attentarit, excommunicationis p̄nam ipso facto subeat.

25 Si uero ab uno aliquo speciali casu reseruato, & altero itē, aut etiā plurib. absoluēdi facultas aliquando sigillatim peteatur, verbo, et sine scripto, cōcedi poterit, tum aliās et, quando Ep̄us ita faciendū cōsuerit.

26 Nē facultatum priuilegiorūve iure, quę cuiusq; et Rosarij, & Crucę signatorū scholar. cōfrat̄ria, collegiove, et laicorū, quęve collegis, cōfratribusue in eo ascriptis, ante, uel post Conc. Trid. confirmationem, concessa sunt, cōfessarius, cuiusvis ordinis, ab iis casibus, quos sibi Ep̄us in sua diocesi reseruauerit, penitentes sine illius facultate absoluat. Si contrafecerit suspensionem à diuinis ipso facto incurrat.

27 Quod superiorib. Conc. ex S. S. dis Apost. decreto cōfessariis Sacerdotib. & Regularib. vetitū est, nē penitēte, quęquā ex priuilegiarū, q̄ ipsi regularib. aut cōfratrib. data sūt, ui autoritateq. absoluat, idē iis interdictū est, etiam Indulgentiarū litteris, quę ecclesijs cōcessę sunt.

5. ut supra.

4. vt supra. 28 Casus restitutionis rerum, quę incertum est, quibus restitui debent Episcopo deinceps reservati sint.
- 3 ut supra. 29 Episcopus id confessarios Sacerdotes interdum admoneat, ut si quando, quavis facultate, auctoritate ve eis licebit pœnitentium nota commutari, nec ea illi committent, nisi in alia maior pietatis operand Deo gratiora, vel saltem, quę tantidem valeant.
Qua in re iudicanda rationem habeant, & sumptuum, & laborū & molestiarum, & omnium denique incommodorum, quę pœnitentes perpessuri erant, si uotum, quod sanctè conceperant, re ipsa præstitissent.
- Ibidem. 30 Nè confessarii sacerdotes, cum sibi facultate, vel ex Iubileo, vel ex aliis Apostolicis litteris concessa, pœnitentium confessiones audire, eisdemque a peccatis etiam grauioribus, quę admiserunt, & à pœnis item, ac censuris, quibus irretiti sunt, absoluerent licet, cum eo, qui irregularitatem incurrerit, dispensent, nisi eius rei facultate illis litteris nominatim expressa.
1. ut supra. 31 In foribus Sacrilię cuiusvis Ecclesię, ubi confessiones audiri, & confessores plures esse solent, affigatur tabella, in quę nomina, & cognomina confessorum approbatorum descripta sint.
Sacerdotum confessoriorum, qui probati sint, nomina, in tabella ordine descripta, ad ualvas Sacrilię Ecclesię, ubi complures illi habitant, affixa in omnium conspectu sint.
4. vt supra. 32 Vniuscuiusque monasterii regularis prefectus, bis quotannis, semel scilicet ineunte aduentu, iterum Quadragesimę initio, confessoriorum sacerdotum sui monasterii, probatorum, nomina in folio exscripta, ad Episcopum deferat, ut, cum regulares ex vno in aliud monasterium commigrare frequenter soleant, eamq; ob causam illorum numerus interdum minuatur, aliunde ipse Episcopus, alios in eo munere gerendo idoneos, ac probatos opportunè habere possit.
4. vt supra. 33. 34 Episcopus in Vrbe, & quo tempore etiam uisitationem obit, in frequentioribus diocesanis locis confessorios Sacerdotes, etiam Regulares, aliquando ad se, tum singulos, tum vniuersos contocet. Hisque primo, cum ceteras muneris, quod susceperunt, partes, grauius, accuratèque ostendat, tum præcipuè moneat quantum, quamque graue, vel ad salutem, vel ad perniciem animatum onus sustineat: proinde demonstret item, & quam benè notos casus ipsi habere debeant, in quibus absoluendi auctoritatem nullam habent, & quam studiosè propterea caueant, nè in messe aliena falcē ponant, & quam cautè item in pœnitentium absolute agant, cum præsertim, vel de restitutione, vel de occasionibus, quibus ad mortalia peccata aditus fit, obliuiscendi agitur.

Nè uerò facile in eodem peccati genere fideles offendat; hoc etiam illos ipsos confessarios admoneat, quam prudentes, quam cautos, quam diligentes in poenitentis salutaribus imponendis eos esse oportent: tū precipere etiam, ut non solum vitia, peccataque fideles fugiāt, sed virtutes, Christiana que uitę officia, opera, & actiones, cum Christiani nominis splendore congruentes, suscipiant, ac præstent. maioresque in uia Domini progressus in singulos dies habeāt, proposita unicuique, p̄cius ingenio, & conditione, ac statu, benè, sanctèque agendi ratione.

Demonstret denique quam sedulo caueant, ut nè eorum dicta sanctorum cohortationum, paternarumque oburgationum plena à factis ullo modo dissentiant: ac nè item, audiendis sacris cōfessionib. ullam, nè minimam quidem, auaritię in primis, suspensionem præbeant.

35 Confessarios oēs, qui in urbe sunt, tū aliquā per annum, ut in Concilio provinciali quarto constitutum est, tum præcipuè semel hebdomada prima quadragesimę iterum aduentu incunte, ad se Episcopus conuocari curet, cum ipsęque agat, ut eodem Concilio caueatur. 5. ut supra

36 Confessarius sacerdos, quicumque sit, etiam regularis, nè audite factę confessionis testimonium scriptum, aut impressum manu sua, suoque sigillo signatum, sibi peccata confessis, dare ommittat, tum in Pascha, ut parochis, tum in ægrotationis tempore, ut medicis, quod debent, eos præstitisse planè constat. 4. ut supra

37 Constitutum præterea Paschæ tempore nomina, & cognomina, ut fraudi multiplici occurratur, in librum certum, notato etiam die, & mense referat: quem librum Episcopo petenti, pro debito charitatis studio, non modo non denegat, sed promptè ostendat, atque exhibeat, tradatque. Ibidem.

38 Testimonii uerò formula certa ab Episcopo præscribatur: cuius exempla, ubi ars impressoria fit, & ubi opus est, typis impressa, quamplurima unicuique sacerdoti confessario tradantur.

De Confessionali.

S Y M M A R I V M.

- 1 Confessionale unū in ecclesia parochiali, & ubi duo plurae 4.
- 2 Quot in Cathedrali ecclesia.
- 3 Quot etiam in collegiata.
- 4 Quibus in alijs ecclesijs collocandum.
- 5 Confessionalis forma.
- 6 Poenitentis scabellum quale.
- 7 Quę confessionali ipsi affigenda.

- 9 Capsula elemosinaria, prapè illud non collocanda.
 10 Quo loco confessionalia constituenda.
 11 Qui præterea locus confessarij, & pœnitentis.

4. quæ pert.
ad sac. pœn.



Confessionalis, eique item annexa, in qua confessiones audiri aliquando solent, confessionale vnum habeat, forma in instructionum libro demonstrata, constructum, duo uero, eadem forma, & modo, ubi quingentarum animarū, & amplius cura geritur. Ecclesia autem, quæ plures habet confessarios, totidem confessionalia, quot confessarios, habeat, siue parochialis illa sit, siue collegiata siue Cathedralis.

Instr. Fabr.
Ecc. lib. de cō
fess. num.

2 Primo igitur in Ecclesia Cathedrali confessionalia totidem constituantur, quot pro Iubilei, Indulgentiarumue celebritate, aut solennitatum ratione, Sacerdotes confessarios constitui adhiberine opportunum, necessarium uidebitur.

3 In singulis item Ecclesiis collegiatis, secularibus, regularibusque totidem etiam, quot sanè requiruntur, pro confessariorum sacerdotum ratione, qui in frequentiori populi cōcursum esse, adhiberine ibi plerumque solent.

4 In una quaq. præterea parochiali Ecclesia statuuntur confessionalia duo, ut viri, quod sæpè, non sine irreuerentia loci sacreque illius actionis, & offensione piorum ecrnitur, cum mulieribus nè confusè permixti, nec etiam dense inter se compressi sint, cum ad sacram confessionem frequens cōcursum est, sed ita distincti, ut hi in uno, ille in altero confiteantur, quæ admodum in plerisque huius provincie Ecclesiis certus ipsi ipsis, & distinctus est locus, tum præterea, ubi illud non ex provinciali decreto distingui iustum est, ut unum parochi, alterum confessario alij Sacerdoti vsui sui, si quæ ab Episcopo probatum, ille aliquando, eiusdem concessu, in frequenti confessionum multitudine adhibere necesse habeat.

In qua uerò parochiali Ecclesia plures parochi, portionarij, alijque Sacerdotes etiam coadiutores sunt, qui cōfessionis audiendæ munus exercent: totidem item confessionalia fieri debebunt, quot sanè illi sunt.

Quod uerò de duobus confessionalibus, in unaquaque parochiali Ecclesia statuendis, supra iam aduertitum est, sed etiam præstandum erit in singulis Ecclesiis, quæ licet parochiales non sint, tamen ipsi, aut parochiali quouis iure subiectæ, aut annexæ, aut adiunctæ, aut in eorum fines constitutæ sunt, in quibus aut sacerdos quispiam residere, qui idem confessionum manus obeat, aut parochus, quouis iure, uel quouis causa, debeat, solent re-

5 In Ecclesiis item non parochialibus, ubi doctrinæ Christianæ scholæ exercentur, confessionale adhibeatur, unum saltem, uel duo item, si viri & sexus;

sexus, schola Christiana ibi exerceatur: vel demum plura etiam, ubi plures confessarios Sacerdotes, tempore scholae Christianae, adhibentur ex decreto provinciali.

6 Forma, ad cuius prescriptum confessionale extruendum erit, haec est, qua servata, licebit aliqua praeterea ornamenta adhibere, ut potè in anteriori parte coronices elaboratas, aliudque ornatu genus decens.

Inst. Ibid. de forma conf.

Primo ex tabulis scetilibus, vel nucis, vel cerè alterius cuiusvis generis, totum sit, septum scilicet ijs, & à latere vtroque, & à tergo, & à parte superiori eisdem iunctum: à parte anteriori apertum omnino, neque vilo modo occludatur.

Habeat tamen, praesertim in frequentioribus Ecclesiis ostium ex crate, cancellisue ligneis, inter se unciarum circiter quattuor spatio distantibus, cum sera, clauisque, ut cum confessarius in ea non est, nè ibi cum irreuerentia ministerij, quod ibi agitur, laici, vagique, & sordidi homines sedent, otiosae dormitent.

Basis huius confessionalis, ubi sacerdotis confessarij, & poenitentis pedes imixti haerent ab Ecclesiae pavimento alta exret, uncijs ad summum octo; latè cubitis duobus; longè cubitis circiter quattuor pateat.

Ibid. de basi.

Sedes confessarij in eo sit: quae a basi alta sit cubito, & uncijs, circiter tribus, lata à dextera, ad sinistram partem, cubito item, & dimidio, à fronte, ad tergum, uno tantum cubito.

Ibid. de sede confessarii.

Totius huius confessionalis structurae altitudo, a basi usque ad summum ducta, cubitis quattuor constet.

Ibid. de confessionalis altitudine.

In parte interiori tabulae intermediae inter confessarium, & poenitentem, assuta item collocetur: in qua ipse confessarius, brachio mixus, haerere possit: eaque instar repaguli sit, ita ut, & deprimi, & rursus, pro libito, extolli queat.

Ibid. de assuta in qua confessariatur.

7 A parte exteriori, poenitentis scabellum; ab ima parte latum uncijs quattuordecim, basi innixum, & tabulae intermediae haerens, accliniterque ab imo ad summum ascendens, altum à basi extet, cubito, & uncijs viginti. Cuius summitatis tabella leniter accliuus sit: in qua poenitens manibus supplicibus niti possit, dum in confessione genibus flexis est, eademque lata uncijs duodecim; longè cubito vno, & dimidio.

Ibid. de scabella poenit.

In una parte habeat hoc scabellum gradum annexum, super quo poenitens genua flectat, quod supra basim emineat uncijs octo: latè pateat uncijs sexdecim, ea longitudine qua scabellum.

Ibid. de gradu scabelli.

Fenestella in medio tabulae, quae inter confessarium, & poenitentem interiecta est, fiat: cuius pars ima emineat supra sedem confessarij, cubitum, & uncijs octo; quae uncijs sexdecim alta, duodecim vero lata sit.

Ibid. de fenestella intermedia.

Haec verò fenestella diuisa sit in spatia paria tria, relictis in ipsa duobus columellis, seu paruis fulcimentis eiusdem tabulae.

Cui fenestellæ à parte pœnitentis, affigatur lamina ferrea, plena foraminibus, quæ singula instar ciceris, minuta, paruaque sint.

Fenestellæ præterea, à parte confessarij, configatur tela tenuis scia, aut multiia, quem buratum dicunt.

Ibid. de imagine crucifixi.

Ibid. de ijs, quæ affigenda sunt certis confessionalis tabulis.

À parte pœnitentis, quæ exterior est, loco supra fenestellam, crucifixi imago, in carta religiose expressa, apponatur.

8. Tabulæ item, inter confessarium, & pœnitentem interiectæ affigantur, ab illius anteriori parte, alia tabula, quæ transversè pateat cubitū unum: ita ut pars paulò maior, ad pœnitentem versus, altera ad confessarium versus spectet.

In huius tabulæ parte, quæ ad confessarium spectat, intus fixa collocetur, & imago aliqua Christi Domini, aut beatæ Mariæ Virginis, & sub ea tum oratio illa preparatoria, impressa ad usum confessariorum Sacerdotum, cum ad pœnitentium confessionem audiendam accedunt, tum forma absolutiois.

Alteri etiam tabulæ, quæ à confessarij altero latere est, neque fenestellæ habet, intus affixæ sint litteræ processus in Cœna Domini, prout quotannis à sanctissimo Domino Nostro promulgatæ erunt.

In alia tabula, quæ à tergo est, canonum pœnitentialium tabella collocetur.

Tabulæ supra fenestellam, à parte scilicet confessarij apponatur tabella casuum, quorum absolutioem sibi Episcopus reservavit: quique alio quovis iure, vel eidem, vel summo Romano Pontifici reservati sunt.

4. quæ pertinet ad Sacram pœnitentiam.

In confessionali hæc affixæ sint, sacra scilicet imago, litteræ processus die Cœnæ Dñi, quotannis editæ, tabella casuum, quos sibi Episcopus referuat, forma absolutiois, & orationes præterea preparatorię ad sacram confessionem audiendam impressę.

Ibidem.

9. Ne capsulæ, loculive, colligendæ elemosynę causa, siue confessarij sui, siue ecclésię utilitati ea sit, ac ne ob pium quidem illum aliud opus, loco confessionalibus proximo, nedum ipsis confessionalibus, affigantur, apponanturve.

Inst. fab. ibid. De capsulis elemosinarum, &c.

Ibid. Confessionalia quo loco ecclésię constituantur.

Nec in eo confessionali capsulæ, loculive ulli omnino colligendæ elemosynę causa, struantur quovis prætextu, aut eidem propè affigantur.

10. À latere Ecclésię, extra capellæ maioris ambitum, loco aperto, partentique confessionalia constituantur, partim à meridionali regione, partim à Septentrionali.

In alijs etiam Ecclésię locis, pro ratione amplitudinis, & situs Ecclésię, Episcopi concessu aliquando collocare licebit, ut in capellis quibusdam amplè patentibus, aut in earum aditu, vel limine, ita ut confessarius intra clathri septa, pœnitens verò extrà sit; quo fiat, ut clathri pelle

pellæ arceantur, qui inordinatè concurrentes ad sacram confessionem, nimisq; propè alium, qui tunc peccata sua confitetur, uel ipsum pœnitentem, uel confessarium facillè inturbant.

11 Confessionale in Ecclesia, si ab Euangelij, quod in altari maiori recitatur, latere collocabitur; tunc pœnitentis scabellum, & fenestella, à dextera confessarij sit: rursusque ab illius sinistra, cum à latere Epistolæ illud erit: ut & confessarius à parte superiori Ecclesiæ semper sit, & pœnitens aspectu sit ad maius altare, caput uero Ecclesiæ versus.

De confessarij examine.

S Y M M A R I V M.

Examinatorum officium in confessarijs approbandis, quale.

Quæ ad ordinis Sacramen. pertinet. 46.

1 Confessarijs, quæ interrogationes faciendæ.

1 **R**ÆTER cetera, quæ cum Sacerdotis, & parochi officio, munere coniuicta sunt, hæc etiam sigillatim, atque exploratori ratione perquirantur.

5. de examinandi rōne.

De Sacramenti pœnitentiæ necessitate.

Quare institutum sit hoc Sacramentum, & à quo institutum.

Quæ huius Sacramenti materia.

Quæ forma.

Qui illius effectus.

Qui minister.

Quæ conditiones in eo requirantur.

Quæ regulæ ad dignoscendum, & distinguendum peccatum mortale à veniali.

Quæ pœnitentiæ partes.

Quæ earum partium ratio.

Quid contritio.

Quæ ad veram contritionem sint necessaria.

Quæ contritionis fructus & utilitas.

Qua quisquam ratione se ad contritionem exercere possit.

Quæ signa sint veræ contritionis.

Perquiratur item, quæ confessionis, quæ secunda pars pœnitentiæ est, natura sit, atque substantia.

An

An diligenter inquirere sciat, & peccatoris circumstantias, & peccati item.

Quæ mutant speciem peccati, & quæ in confessione explicanda sint.

Quæ restitutionem expostulent, quæ radices, causæve restitutionis.

An dubios, suspectosve cōtractus norint, aut saltem de ijs dubitationes, & quæstiones instituere, inireve sciant.

Quibus criminibus annexæ sint censuræ.

An item illarum peritiam, & vim teneant.

An casus, in quibus irregularitatis macula contrahitur.

An saltem in ijs omnibus, & alijs, quæ ad verum, perfectumve huius Sacramenti pœnitentiæ ministrum pertinent, sciant dubitare, & noverint consulere peritos, quomodo agendum sit id, de quo in dubitationem adducunt.

Qui item ritus, & sacræ ceremoniæ confessionis.

Quæ conditiones ad confessionem verè pœnitentis necessariæ.

Qui ordo confitendi, quando quis statim confiteri debeat, quando item confessionem iterare.

De satisfactione, quæ tertia pars pœnitentiæ est, quaratur.

Quæ satisfactionis partes.

Quis satisfactionis finis.

Qui fructus, quæve utilitates satisfactionis.

Quæ in satisfactione requirantur.

Qualis, & quanta pœnitentia pœnitenti imponi debeat.

An salutes, & convenientes satisfactiones pro gravitate criminis, & pœnitentium facultate iniungere sciant.

An item ex Innocentij III. præscripto, more periri medici sciant infundere vinum, & oleum vulneribus sauciati, ac quale debeant præbere remedium, aut consilium.

An præterea canones pœnitentiales rectè teneant.

Quæ differentia sit satisfactionum pœnitentiarum, &c.

De absolute indageatur.

Quæ verborum formula requiratur.

Quæ preces, orationesve præterea adhibeantur.

Quis ordo servandus in absolviendo tam à peccatis, quam ab excommunicatione, suspensioneve.

De sigillo item confessionis plura quarantur, ac præsertim quæ vis, & quanta sigilli.

Quæ sub illud cadunt.

Ex sanctionibus Ecclesiasticis, Tridentino Concilio, Synodis, tum Provincialibus, tum etiam diocesanis indageatur, quæ in illis constituta ad pœnitentiæ Sacramentum pertinent: quæque de cleri, & populi disciplina,

sciplina, & moribus constituta sunt, ut pauldante in parochorum examine demonstratum est. Sed hactenus de ratione interrogationū, quæ examinandis confessarijs Sacerdotibus adhibentur.

Quæ ad Sacramentum extremæ unctionis pertinent.

S Y M M A R I V M.

- 1 Extrema unctio aegroto adhibenda dum integris est sensibus.
 - 2 Eo nihil intelligente, quando nihilominus adhibenda.
 - 3 Quibus infirmis ministranda, & quibus non.
 - 4 Mulieribus, quæ corporis partes non ungentur.
 - 5 A quo Sacramentum hoc ministrandum.
 - 6 In eo ministrando parochi diligentia.
 - 7 Quando una cum sanctissimo Sacramento vasculum olei deferent.
 - 8 Negligens ministrare parochus, graviter peccandus.
 - 9 Exemplum Episcopi Malachie.
 - 10 Aegroti frequenter visitandi. 23. & sequentibus.
 - 11 Hoc Sacramentum ministratumus plures Ecclesiasticos adhibeat, vel saltem clericum.
 - 12 Accedens stola, & superpelliceo sit indutus.
 - 13 Septem psalmos in via recitans.
 - 14 Vas sacri olei à laico non deferendum, neque dum ungitur tenendum. 16.
 - 15 Vt que illud deferendum, ac delatum ubi collocandum.
 - 16 Mensa, quibus rebus instructa, paranda.
 - 17 Aeger à parocho consolandus, & hortandus ad cogitationem celestis beatitudinis.
 - 18 Precesque Deo à presentibus pro eo faciendæ.
 - 19 Eis quoque explecanda vis, & utilitates huius Sacramenti.
 - 20 Sacramento ministrato quod parochi, & domesticorum officium.
 - 21 Per errorem uno oleo pro alio adhibito quid faciendum.
 - 22 Si dubietur, aeger vivus ne sit, au mortuus quibus verbis utendum.
 - 23 Vicarij foranei, vel Praefecti Regionarij erga aegrotos officium.
 - 24 Episcopi etiam erga eosdem officium tam per se, quàm per alios praestandum.
- Praefertim verò erga ecclesiasticos quoscumque. De vita Episc. nu. 62.
- 25 Fideles morituri à parocho inducendi ad benedictionem Episcopalem petendam.
 - Aegris ab Episcopo, vel alio eius nomine, visitatis Indulgentiæ concessæ à parocho populo emulgandæ. De Indulgentijs, num. 19.

26 *Vt cura à parochis erga infirmos adhibita constet, librum ipse parochus habeat, in quo hæc scribantur.*

Episcoporum officium erga Metropolitanum ægrotantem, atq; defunctum. De vita & honest. Episc. nu. 59.

Episcopus ægrotans quid agere debeat cum suo capitulo. Ibidem, numero 60.

Primum, quæ
pert. ad extr.
vnct. admin.

3. de ijs, quæ
pert. ad Sacr.
extr. vnct.



EXTREMAE vnctionis Sacramentum, curet parochus, vt egroto, dum integris est sensibus, adhibeatur.

Quod Concilio primo decretum est, vt, dum æger integris est sensibus, extremae vnctionis Sacramentum ei ministraretur: si tamen, vel curantium negligentia, vel morbi vi, vel repentino aliquo casu sensum omnem amiserit, vt nihil planè intelligat, illius decreti sententia, vetitum nõ esse declaramus, quin hoc extremae vnctionis Sacramentum, ei ministrari liceat; si modo adhuc uiuat, & dum usum rationis haberet, pij animi significationem dederit, vt inde iudicari possit, eum hoc Sacramentum petiturum, si adhuc integra mente esset.

4. quæ pt. ad
extr. vnct. &c.

Conc. Tridē.
sess. 14.

De doctr. sac.
extr. vnct. 3.

5. tit. eodem.

4. Ibidem.

5. Ibidem.

14. Ibidem.

3 Parochus extremae vnctionis Sacramentum, sicut his ministrare debet, adultis scilicet, periculosè ægrotantibus, propeque moribundis, senio confectis, etiam non ægrotis, in diem morituris; ita istis, ne ministraret, nempe pueris, rationis usu carentibus, mulieribus in partu laborantibus, ad bellum proficiscentibus, nauigantibus, peregrinantibus, & ijs, qui mox ultimo supplicio mulctandi sunt.

Ne pueris, qui nondum ullum rationis usum habent, Sacramentum extremae vnctionis ministraretur.

4 Mulieribus ministraturus, tenes ne inungat.

5 Ne alius sacerdos, nisi parochus hoc Sacramentum ministret. Si porro is impeditus, aut alias in mora est, mortisq; periculum instat, tunc sacerdos alius ministret, licet.

6 Idem cum pro ægris parochialis vicinije suæ semper oret, sacrificiumque offerat, tum si quem ex ijs periculosè ægrotare viderit, hoc curet diligenter, vt die, noctuque ad extremae vnctionis Sacramentum, ei ministrandum præsto sit, & paratus.

7 Cùm autem is ad ægrum, qui à parochiali ecclesia longius abest, grauitè, ac non sine periculo mortis, febrim, morbove laborantem, sanctissimum Corpus Domini defert; ne, vbi ad parochiale domicilium ipse redierit, mortem ille prius obeat, quàm ad extremae vnctionis Sacramentum, eidem ministrandum, reuerti possit, uasculum etiam sacrae illius

illius unktionis secum ferat, illam ei, postquam corpus Domini prebuerit ministraturus: si ita, pro morbi ingrauescentis ratione, mortisque periculo faciendum censuerit.

8 At, caueat parochus, ne in eo ministrando negligentiam, nullamve more culpam contrahat. Alioqui si ad illius ministracionem accersitus, ire neglexerit, cum rationem Deo reddet, tum poena ab Episcopo grauius plectatur. 5. Ibidem.

9 Is porro ad omnem huius Sacramenti, in tempore administrandi, diligentiam, preterquam quod precipue cure sue, que sancte sollicitudinis plena est, officio ualde admodum perpetuo excitetur; proposito etiam sibi exemplo sanctissimi Episcopi Malachiae accendatur, qui tam uehementi animi dolore ex eo affectus est, quod culpa sua mulier quaedam, Sacramenti huius gratia fraudata, decesserit, ut totam noctem orando, gemendo, lachrymando consumpserit, lachrymarum que uis, quasi maximo imbri, pro oleo Sancto, quod non ministravit, mortua perfuderit. Mane autem exaudiuit Dominus sanctum suum: ita ut illa a morte, tamquam a somno excitata, lecto sese erigens, Sacramentum hoc ab eo acceperit, ac deinceps a morbo conualuerit.

10 Aegrotos uero, etiam non uocati, inuisant, ut ad Sacramentorum susceptionem inducant; & eorum animabus, quacumque ratione possunt, sollicitè consulant. 1. de iis, quae ad sacramentorum administracionem pertinent. 5. Ibidem.

Quod Concilio Agathensi cautum est, id unusquisque parochus prestare curet, ut Missae sacrificio peracto, si quos in parochiali uicinia aegrotos habet, frequenter, atque adeo quouidie, quantum per alias suae cure parochialis occupationes potest, inuisat, atque eisdem praestet, quae sunt sollicitudinis, munerisque parochialis officia, prout opus esse uiderit.

11 Id extreme unktionis Sacramentum ministraturus, quot commodè potest, presbyteros, & clericos adhibere studeat, superpelliceo indutos: qui ipsum, & ministrantem, & precantem, pietatis, orationisque studio in eo ministerio adiuuent. 4. Ibidem.

Quod si plures habere non potest, unum saltem omnino adhibeat clericum sibi ministrantem.

12 Accedat autè illud ministraturus, stola, & superpelliceo indutus. 2. tit. 1. dec. 16.

13 Parochus, cum uel sacrosanctam Eucharistiam, uel extremae unktionis sanctum oleum ad egrum defert, in uia septem psalmos ex animo, pieque dicat, uel alias religiosas preces.

14 Hoc ipsum etiam seruetur, cum parochus ad sacrum oleum egris ministrandum accedit, ut ipse scilicet, non laicus homo, illud in itinere deferat. 1. eod. tit. de cre. 9.

15 Vas sacri olei, nè sinu, brachiove comprehensum, sed sacco ferat. 4. Ibidem.

rico

rico aptè inclusum, chordula serica à collo pendens, piè, reuerenter que ferat.

16 Cùm auertitur propè ægrotantis lectum, mensam paruulam, vbi commodè fieri potest, parari; mappave candida sterni curet: super qua, & uas sit, vbi bombix, seu stuppa ad abstergendas vnctiones, micaque panis ad absterfionem digitorum præparata, & uas alterum aquæ ad manus lauandas, & candela cere item parua. Quæ in mensa vas sacri olei à parte lecto viciniore ponatur, à laico autem homine ne manu teneatur.

2. ibidem.

17 Idem cùm ad vngendum infirmum accesserit, diligenter eum consoletur, & hortetur, vt bono animo sit, & à curis, ac desiderijs huius uitæ ad cœlestis beatitudinis cogitationem ita crigat, vt abiecto mortis metu, se à Deo in æternam requiem vocari gaudeat.

18 Omnes verò, qui adsunt, moneat, vt preces Christo Domino pro eo faciant.

3. ibidem.

19 Parochus in Sacramento extremæ vnctionis ministrando ex Catechismi Romani doctrina, ægro, ceterisque presentibus explicet illius vim, & utilitates; tum ad animæ salutem, tum etiam ad corporis valetudinem, si hæc ad æternam gloriam profutura sit.

4. tit. eod.

20 Vbi Sacramentum ægro ministrarit, dum ille sermonis, & sensus usum non amittit, cum breuibus, & suauibus, ardentibusque verbis excitare ad desiderium vitæ æternæ, & ad spem de diuina misericordia concipiendam, ne opportunè desistat; tum, cum propè moribundus est, in illius animæ commendatione, quàm maxima potest, intima animi pietate, statas religiosas, sanctasque preces recitet.

Curetque toto eo tempore, vt domestici simul omnes, qui adsunt, pro eo Deum piè precentur.

Vbi hoc officium piè, accuratèque præstiterit, si æger adhuc uiuit, aut animam agit; ne eidem præfens adesse, omniaque salutaria officia præstare ommittat. Si verò adesse aliquando non potest, vel quia aliis grauiter ægrotantibus, Sacramenta ministrare necesse habet, vel quia necessariis parochialis curæ occupationibus alijs impeditur, tunc ea pietatis officia illi à sacerdote, si quis alius eo loco est, sollicitè præstari curet.

Ad quod etiam officium, sibi hoc subsidium, cum opus est, comparat, vt confratriæ sanctissimi Sacramenti, aut doctrinæ Christianæ homines aliquos, parochiali sua diligentia, ad consolationis, & spei excitandæ officia, aliisque eiusmodi, instructos adhibeat.

Hoc etiam parochus domesticos, qui ægroti curam habet, moneat, vt ne post extremæ quidem vnctionis Sacramentum, quod ei ipse ministrauerit, corporis curam deserant.

Paro-

21 Parochus, si per errorem aliud oleum, quàm quod infirmorum est, ad aegrotum unguendum vniquam adhibuerit, etiam si Chrilmatit, aut Cathecumenorum sit, vt erratum emendet, olei sacri, quod proprium infirmorum est, unctionem eidem adhibeat: tuncq; Sacramenti formam iteret. *5. tit. cod.*

22 Aeger, si dum sacro oleo vngitur, extremum spiritum emiserit, parochus unguere desistat. Si verò aliqua morbi vis de repente illum oppressit, ut dubitetur, uiuus ne sit, an mortuus, ea conditione in unguendo utatur: Si es uiuus, per istam sanctam unctionem, & c.

23 Singulis mensibus, in diocesi vnusquisque Vicarius foraneus, & in Vrbe Praefectus regionarius, aut alius, cui id muneris Episcopus dederit, à suae regionis parochis de illis perquirat, qui obierint: iisque animam agentibus, an ipsi praesentes adfuerint; an curae, & pietatis officia omnia eisdem moribundis praestiterint; tum ubi opportunè in mortuorum agnatos, affinesve inciderit, parochialium sacerdotum debitum officium ab illis diligentius recognoscat. *4. ibidem.*

Quod si eos negligentiores esse animaduernerit, vbi primum illos, ut par est, reprehenderit, tum eorum negligentiam, culpamve ad Episcopum deferat.

24 Episcopus pro sua uigilanti cura in vrbe, aut alio loco, in quo ipse sit, cum aegros grauiter laborantes, praesertim uitae spiriualis amantes, pietatisque laude insignes, paterna charitate aliquando uisitare studeat; tum Episcopalem benedictionem moribundis impertiat.

Hoc officium quoque diligentius, cum potest, sepe parochis, sacerdotibus, religiosis uiris, aegrotantibus, & moribundis item, praestare idem pie curet.

25 Parochus verò fidelibus propè morituris suggerat, ut, ex hoc saeculo, antequàm migrent, qui praesertim in Vrbe sunt, aut alio loco, in quo Episcopus sit, ad illum, certum hominem mittant, qui eis Episcopalem benedictionem petat.

26 Vt Episcopo, eiusque Vicarijs, aut Visitationibus aliquando constet diligens parochorum in salutaribus illis officijs, quae fidelibus aegrotantibus illi debent, cura: eorum vnusquisque librum praecipuum habeat, in quo sigillatim, & praescribat singulis diebus parochiae suae incolas, qui mortem obierint, & quae Sacramenta eorum unicuique ministrarit; & praeterea quando commendationis animae officium praestiterit, & quo die haec singula ministrarit. *5. eod. tit.*

De uasis,

De vasis, ac instrumentis ad extremæ vnctionis Sacramentum decenter ministrandum necessarijs, cum eorundem formulis.

S V M M A R I V M.

- 1 Vasculum ex argento, stannoque ab alijs separatū.
- 2 Vbi duo, plura ve. Et de Sacramen. in genere, num. 18. Eiusdem forma. Ibidem. 21.
- 3 Coryla, & sacculus, eorumque forma. Ibidem.
- 4 Illius custodia locus. Ibid. 22.
- 5 Clavisque à quo custodienda. Ibidem. 15.

Inst. for. sup. lib. 2. De vascu. extr. vnctio.
Inst. sup. li. 2. De sup. eccl. Catā. colleg. & paroch.



*V*ASCULVM sacri olei extremæ vnctionis, ex argento, aut stanno pretiosiori sit: idque à reliquis sacrorum oleorum vasculis separatū.
Vasa duo sacri olei infirmorum, cum suis coryllis, & sacculis: Vbi verò plures parochi, animarum ve curatores sunt; totidem etiam vasa olei sacri.

Quæ ad ordinis Sacramentum, sacramq; ordinationem, & ordinandorum examen, atq; examinatum officium pertinent.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordinibus conferendis ratio à Tridentino Concilio præscripta, seruanda.
- 2 Nihil in eorum collatione accipiendum.
- 3 Ordinationes sacræ, quando, & quo loco habendæ.
- 4 Edictum publicè ante ordinationem proponendum, & cuiusmodi, & vbi affigendum.
- 5 Dominico die, edicti promulgationem, & inlictionis litteras subsequente, Urbani, & diocesani parochi, quid præsent.
- 6 Eo ipso die, & alijs Dominicis diebus per mensem ante ordinationem supplicationes quæque alia agenda.
- 7 Dominico autem die ordinatione præcedente pastorales litteræ legendæ, processio agenda, populusque admonendus.
- 8 Ordinibus maioribus, initiandi, mense ante ordinationem Ep̄m adicā. Primam

- 9 Primam tonsuram itidem suscepturi.
- 10 Ordinandorum omnium causa, quae intra Missarum solennia denumcianda. & ubi.
- 11 Quaeque de illis inquirenda, & à quibus.
- 12 Inquisitionis litterae ad Episcopum mittendae.
- 13 Feria secunda, quae ab Urbanis clericis afferenda.
- 14 Feria tertia, quae item à clericis diocesanis.
- 15 Ordinandi omnes quas generatim, & quibus de rebus testificationis afferant, antequam examinentur. 60.
- 16 Prima tonsura initiandi quas sigillatim testificationes deferant.
- 17 Minoribus, & maioribus ordinibus initiandi quas item ultra praedictas attestations habeant.
- 18 Subdiaconatum, vel alium sacrum ordinem suscepturi, quae praetered testimonia deferant.
Externi clerici ordinandi, ac Regulares dimissorias, testimonialesve afferant, & quales, & à quibus obsequatas. 20.
- 19 Dimissoria litterae ante ordinationis tempus non concedendae, & quae in illis cauenda.
- 20 Diocesanis clerici absentes, quas item testimoniales litteras afferant.
- 21 Dimissoria concedenti reddendae, ubi ordinatio sequuta non sit.
- 22 Ee, quando recenter ab ordinando impetrandae.
- 23 Impedimenta, quibus seculares, & regulares clerici, ab ordinatione repellendi.
- 24 Quales attestations potissimum afferant ordinandi regulares, quaeque alia circa illos indaganda.
- 25 Regulares clerici, quando ordinibus sacris non adscribendi.
- 26 Episcopo impedito, absenteque quid seruandum in concedendis litteris dimissorijs. 28.
- 27 Dimissorijs litteris ab Episcopo concedendis absentibus clericis, quid seruandum.
- 28 Dimissoria litterae à proprio episcopo obtinendae ab habente dispensationem ordines ab alio suscipiendi.
- 29 Ordinati ab alio, virtute litterarum testimonialium, infra quod tempus suscepti ordinis testificationem proprio Episcopo afferant.
- 30 Et quando eidem Episcopo se presentent.
- 31 Abbatibus, etiam mitrae iure utentibus, quando, & quibus tonsuram, & minores ordines conferre non licet.
- 32 Subdiaconatu non initiandi, qui diuinum officium recitare nesciunt.

55 *Minores ordines suscepiari, in officij B. Mariæ recitatione sus versati.*

36 { *Seminarij*
Beneficij
Pensionis
Censusve } *titulo, qui sacris ordinibus non adscribendi.*

37 *Idque quo modo intelligendum.*

38 { *Pensionis*
Patrimonij
Donationisq; } *Titulo, quibus sacer ordo conferri potest, quæque ea in re Episcopi cautio. 40. 41.*

39 *Familiari suo, quando sacrum ordinem Episcopus conferre possit.*

42 *Cautio prædicta instrumento publico roboranda, & quibus clausulis.*

43 *Patrimonium, cautioq; ipsa, alienari, remitti, proseribique nequit.*

44 { *Beneficij cessio*
Patrimonij alienatio
Pensionis, & Extinctio
census } *vbi sint sequuta, illorum reuocatio.*

45 *Stata temporum intervalla ordinibus conferendis, seruanda: quidque agendum vbi contra fieri res suadeat.*

46 *Examinandi ratio Dominis Examinatoribus præscripta:*

47 *Quorum causa illa instituta.*

Examinatores, suscepti oneris grauitatem cognoscant. 51.

48 *Iure iurando se obstringant.*

49 *Nullum donum capiant, & seq.*

50 *Omnis culpæ rationem reddituri.*

52 *Indignum non probent, neque dignum reprobent.*

Neminem alteri examinatori commendent. 54.

53 *À prece, examinis initium faciant.*

55 *Ex Examinatoribus qui præsens esse nequit.*

56 *Examem ne quis subeat alterius nomine, caueant.*

57 *Illi, quot. examinatores intersint: ultra Episcopum, vel Vicarium.*

58 *Examinandi qualitas corporis, & habitus inspiciendi.*

59 *Vestitu deformi, & tonsura incongrua, accedens, reijciendus.*

60 *Quæ testificationes ab examinando efficienda, & supra. 15.*

61 *Illæ Cancellario tradenda, & vbi a seruanda.*

62 *Cancellarii ea in re officium.*

63 *Examinatores, quid potissimum spectent in parochio futuro.*

Querendum ab eo, primum, an aliàs examinatus sit. supra, nu. 56.

Deinde ipsum legere examinatores iubeant. 75.

Postea, verborum constructionem proponant. 76.

Constructionisque sensum ab eo quarant. 77.

- 64 Demum interrogationes faciant: & quo ordine.
- 65 Interrogationum ratio, & 69.
- 66 Examine durante, silentio utendum.
- 67 Questionibus proponendis, quales se præbeant examinatores.
- 68 In examinandis, quæ spectanda.
- 69 Quæ primo ab illis quaerenda.
- 70 Quibus libris examinatores utantur ad illorum doctrinæ experimentum faciendum.
- 71 Interrogationes, rerum difficilium quibus non faciendæ.
- 72 Quando, & cum quibus pauciores adhibendæ.
- 73 Episcopi, & examinatorum prudentia in proponendis pluribus paucioribusq; questionibus.
- 74 Ignari admonendi, ut doctrinis incumbant, et quando periculum progressus faciendum.
- 75 Clerici primæ tonsuræ, minorumque & maiorum ordinum, ut generatim examinandi.
- 79 Primæ tonsuræ clerici, quæ ratione sigillatim examinandi.
- 80 Clericorum minorum ordinum quale examen.
- 81 Clericorum item maiorum ordinum examen in genere.
- 82 Subdiaconorum }
83 Diaconorum } examen in specie.
84 Presbyterorum }
- 85 Regularium examen, circa quæ præterea versetur.
- Examinati omnes, tam probati, quàm reprobatum in certum librum à Cancellario referendi. De Cancellario, & Notarijs. 30.
- 86 Pridie ordinationis diei, convocatis ordinandis, sermo habendus, et à quo.
87 Et cuius tractatus.
- 88 Eodē die Constitutio Pij II. contra clericos edita, quæ sine dispensatione extrâ stata tempora, &c. promulganda.
- 89 Clerici ordinati, certæ ecclesiæ adscribendi, in qua functiones obeant, ex præscripto. 91. Et de Ministris eccles. 59. 60.
Etiam si ab alio Episcopo ordinati sint. supra, nu. 31. 32.
- 90 Sintque Episcopi familiares.
- 92 Certæ ecclesiæ, locove pio adscriptus, etiam alteri ecclesiæ adscribi potest.
- 93 Piè, ritè, religiosèque functiones præstandæ.
- 94 An ille ritè præstentur à Rectore ad Episcopum referendum.
- 95 De illis ita præstitis à quo testimonium faciendum.
- 96 Pœna discidentis ab ecclesiâ adsignata.
- 97 Absentia clerici adscripti quo modo, & à quo notanda. Et de Punctatoribus. 30.

- 98 *Certa Ecclesie non adscripti, ad quam ecclesia in conuocant, & qui in illa præsent. Et de fidei initijs. 7. Et de parochijs. 52.*
- 99 *Ordinati in librum referendi, & qualiter. supra, 31. 32. Et quæ ad beneficiorum collat. pertinent. 35.*
- 100 *Pro singulis litteris testimonialibus ordinum susceptorum, quantum à Cancellario capiendum.*
- 101 *In eisdem litteris, adscriptionis Ecclesie, testificatio fiat. De quibus alijs in eisdem litteris Cancellarius testetur. supra. 62.*
- 102 *Clericali militie adscribendi, quæ disciplina.*
- 103 *Clericus futurus, quomodo instituendus.*
- 104 *Eiusdem mores, progressusq; in litteris Episcopo per parochum significandus.*

Sess. 23. per totum. 1

Primum, quæ ad sacr. ord. adm. pert.



Accurate complexa est Tridentina Synodus omnem diligentiam rationem, quam in conferendis ordinibus adhibere debet Episcopi, ut Ecclesie idoneos sacerdotes, & alios ministros habeant. Quamobrem eos tantum admonendos esse diximus, ut idem studium in exequendo præstent, quod in præcipiendo adhibuit esse om-

nes intelligunt.

1. ibidem. Sess. 21. c. 1. de Refor.

2 Quod à Tridentina Synodo sancitum est, ne in conferendis ordinibus Episcopi, & eorum ministri quidquam, etiam sponte, quavis de causa datum, accipiant, id, & ipsi inuolantè seruant, & à suis cubiculariis, cæterisque familiaribus seruandum curent.

4. quæ pert. ad Sacram. ordinis.

3 Sacre ordinationes, tum status solum quattuor anni temporibus, nisi ob urgentem causam, illas alio tempore aliquando, facultate à Sede Apostolica litteris data, haberi necesse sit, tum in Ecclesia Cathedrali, ritu solenni, canonicisque præsentibus, habeantur. Si verò quandoque in diocesano loco habentur, in illius loci Ecclesia præmaria celebrentur, clero eiusdem præsentante, ut decreto Tridentino cautum est.

Sess. 7. c. 11. Sess. 14. c. 2.

4 Ut & Episcopo, sacram ordinationem habiuro, & ijs, qui ordinis Sacramento initiandi sunt, satis temporis detur, quo præstare possint, quæcumque, vel sacri Tridentini Concilij decretis, vel nostris etiam Provincialibus Constitutionibus, ante statuta illius sacre ordinationis tempora, in ijs præsertim, qui maiores ordines suscipiuri sunt, præstari iustum est; primò Episcopus, satis illis temporibus eam de more solenniter celebraturus, duobus ante mensibus, aut amplius, minusve, pro diæcesis amplitudine illius habendæ diem litteris indicat: tum Edictum, certa verborum formula conscriptum,

4. ibidem.

publicè

publicè proponi, Ecclesiæque Cathedralis valuis, alijsque vt consuetudinis est, locis affigi, idemque præterea à singulis parochis promulgari iubeat. Quo edicto omnes quicumque, vel primam tonsuram, vel ordines minores, maioresve suscepiuri sunt, ac sacram. ordinationem euocet.

Certum præterea, vel scilicet, vel, quod ad Diocesanos attinet, longius etiam, pro diocesis amplitudine, spatium præstituat, quo ad se omnino illi singuli, qui prima tonsura, aut aliquo sacro ordine initiandi sunt, intestata ordinationis tempora conueniant. Scfs. 23. c. 7

Certam item diem, sacre ordinationi proximam, edicat, qua primò, qui in vrbe sunt, tum rursus alteram, qua diocesani, qui prima tonsura, aut aliquo ordine initiandi sunt, cum præscripta testimonia efferrant, tum stata examina subituri, præstò sint. Reliqua præterea omnia, & singula edicat, & commoneat, quæ verba clericis, qui initiandi sunt, vel à parochis, sacre ordinationis causam, præstari debent.

5 Proximo autem post illam edicti promulgationem, die Dominico, parochi, qui in vrbe sunt, tum verò diocesani, vbi primum litteras indictionis diei sacre ordinationis celebrandæ acceperint, Dominico die, proximè sequenti, in sua quique Ecclesia illas publicè proponant, atque affigant, vnà cum edicto, de sacra ordinatione, & Episcopi etiam litteris pastoralibus, ex præscripta formula, per nos edenda, aut alia ratione, argumentove, cum re, quæ sanctè agenda est, consentaneo, prout Episcopus aliquando expedire censuerit.

6. 7 Quo Dominico promulgationis die, ob sacram ordinationem proximè futuram in singulis ecclesijs parochialibus, vt alias decretum est processio de more agatur, litanijs, supplicationibus publicis, quibus vnusquisque secum mente reputans, quam pauci operarij in messe multa sint, hoc Deum toto corde exoret, vt, qui dominus est messis, ipse mittat operarios in messem suam, ac lumen Episcopo præbeat, vt in ijs deligendis, quos ordinibus adscribat: quos verò Episcopus elegerit, ope diuina illi adiuti, in sanctitate & iustitia ei seruiant, eiusdem gloriam omnibus in rebus sibi proponentes. Quod, vteo nomine Deum populus supplex sæpius oret, id illam singulis diebus Dominicis per mensem ante sacre ordinationis tempus, crebra cohortatione, parochi intra Missarum solennia præmoneant: at Dominico die, illam proximè præcedenti, pastoralis etiam illas Episcopi litteras de scripto accurate iterum recitent; tum præterea, admonitione populum ad illud excitent, vt non modo supplicationes ob eam

causam, altero Concilio Provinciali decretas, piè religiosèq; tunc obeat, sed illis ipsis stans, qui sequuntur, sacre ordinationis diebus, frequens in oratione, pure, sanctèque versetur, ut Dei, Sanctorumque ope, pro fidelium precepcionibus impetrata, & Episcopus ordines ijs conferat, quos utiles operarios ecclesia Dei postulat, & qui ordines suscipiant, in dies progressus maiores habeant, in vitè, morumque sanctitate, religione, doctrina, ac prudentia.

2. ti. 1. dec. 22.

Tubeat Episcopus, ut Dominico illo die, qui quattuor stata ieiunij tempora, quibus ordinis Sacramentum ministratur, proxime antecedit, parochi non solum solenne illud ieiunium huius rei causa, institutum denuncient; verum etià in sua unusquisque eorum parochiali ecclesia supplicationes, litaniasque piè ac religiosè, uel intus habeant, uel prosequente fidelium multitudine, foris ecclesiam, sicut moris est, obeat: ut Dei, Sanctorumque ope implorata, tum Episcopus in eorum delectu, quibus ordines cõferet, Spiritu sancti lumine illustretur, tum illi, quibus cõferuntur, in vitè sanctitate, doctrina, religiosisque uirtutibus proficiant.

4. ibidem.

Ses. 23. c. 7.

8 Qui maioribus ordinibus initiati uolunt, ij, quod Tridentino decreto iussu est, inuolantè planè feruent, ut mente scilicet, aut longiori, ante statam sacre ordinationis diem, temporis spatio, prout, edicto Episcopali prefinium erit, ad Episcopum se conferant.

9 Quoniam uerò prima tonsura, ut Catechismi etià Romani litteris traditur, ad ordines suscipiendos quedam preparatio ijs est, qui Dei ministerio dicendi sint, permultum propterea refert, omnem in illa conferenda, & suscipienda, diligentiam studiosè adhiberi. Quamobrem id quoque ab ijs, qui prima tonsura initiandi erunt, omnino seruari, ac prestari decernimus, nisi aliquando Episcopus aliud ob causam faciendum censuerit.

Ses. 23. c. 5.

10 Prestituto igitur tempore omnium, ac singulorum, tum qui prima tonsura, tum etiam, qui maioribus ordinibus initiandi, ad Episcopum accesserint, nomè, cognomen, parentes, patria, ecclesia parochialis, intra cuius fines quisque ortus, atque illa item, ubi proxime habitatis, rectè notentur, Episcopi iussu. Ac pretereà beneficium ecclesiasticum, pensiove, aut patrimonium, illiusve generis census, cuius nomine, tiulove quis sacros ordines suscepturus est. Hæc uerò ipsa litteris exarata à parcho; ab eoe, cui Episcopus id negotij dederit, publicè de illis proponentur die festo inter Missarum solennia in Ecclesia, & Cathedrali, & propria parochiali, & in illa quoque in cuius simbris postremò domicilium habuerit, & ubi pretereà Episcopus cõfuerit. Ac quod ad censum attinet, in ea omnino parochiali Ecclesia, intra cuius limites maior, eius census, siue ecclesiastici, siue alie-

rius

rius generis pars posita est, ut denunciari queat, si quæ uel confectio sufficientis census, uel alia fraus subest, uel aliud quamobrem illud beneficium, aliumve censum non pacificè possideat, uel si quæ census illius pars ære alieno, aliove modo obstructa teneatur, unde is, deinde initiatus sacris, non habeat satis unde uiuat, cogaturque propterea turpiter victum quæritare.

11 Hac adhibita ratione, inquireat diligenter is, cui id munus Episcopus dederit, de eorum, qui prima tonsura, uel sacris maioribus ordinibus initiandi sunt, natalibus, ætate, uita, & moribus, ac cæteris, quæ oportet, à uiris spectata probitate.

Nec uerò is testimonialibus solum, quæ eorundem, qui ordinibus initiandi sunt, nomine fient, uel afferentur, contentus omnino sit; sed aliunde, etiam pro officij sui munere, ea omnia de illis studiosè indaget, ut sibi hoc de genere toto, ueritas omni ratione constet.

Quinimò quod ad mores illorum inquirendos attinet, testificatio ab ijs nulla conquiratur, quos suæ uitæ testes ipsi attulerint, nominarint; si id testimonij genus ab alijs, spectata integritate uiris, rectè haberi queat.

Alia præterea omnis diligens cautio, ac ratio in hac ipsa tum indagatione, tum testificatione ab eo, quem huic muneri Episcopus constituerit, adhibeatur.

12 Litteræ porrò, quibus tota hæc inquisitio, ac testificatio continetur, ad Episcopum rectè obsignatæ ab eo mittantur, cui id ille curæ mandauit. At uerò, ne propter eiusmodi, aliamve diligentiam, quam pro sui muneris officio Episcopus, in eorum, qui ordines suscipiunt, natalibus, ac moribus, cæterisque id genus perquirendis adhibuerit, eorum quisquam excusetur, quo minus præscriptas sibi de se, suisque conditionibus, qualitatibusue testificationes certas, infra constitutas, afferat.

13. 14 Quas testificationes afferendi id tempus illis præstitutum sit, quo examen subituri, ordinis suscipiendi causa, ad Episcopum conuenient. Quod sanè tempus Episcopali et edicto, significandum illis, qui in uerbis sunt, feriam scilicet secundam hebdomadæ, statam sacræ ordinationis diem præcedentis: diocæsanis autem, alijs uel ante feriam quartam hebdomadæ, in quam ipsa sacra ordinatio incidit, constitutum; id uerò, nisi uel pro diocæsanis exiguè, aut amplioris ratione, uel pro numero eorum, de quorum agetur promotione, breuius, aut longius conueniendi tempus, edicto suo Episcopus præscribendum censuerit.

15 Omnis, quicumque; uel primam tonsuram, uel ordines minores, maioresue suscepturus est, ea singula, quæ mox infra ordine statuuntur,

Trid. Conc. Sess. 23. c. 7.

distinc. 24. c. quando.

de se litteris, legitimè testata suo Episcopo faciat.

Primò se legitimo matrimonio natum esse, aut ob natalium impedimentum, secum dispensatum esse.

Præterea se, vel origine, vel beneficio ecclesiastico, quod in diocesi obtinet, vel decennali domicilio, vel alia quavis legitima ratione dispensatum esse.

Sess. 23. c. 5

Tum à parochò, à ludiq; magistro, vt Tridentina Synodus œcumenica iubet, aut ab eo, quem in quouis studiorum genere audit, aut si in Seminario adscriptus est, ab illius Rectore, aut ab alijs, quos Episcopus maluerit, ob signatas litteras afferat, quibus de vitæ suæ disciplina, moribusque testatum fiat.

Doctrinæ item Christianæ scholas se frequentare, id testimonij afferat, vel à præfecto illarum, in parochiali vicinia sua constituto, vel ab eo, qui omnium id generis scholarum curæ præest.

16 Hæc præterea testimonia afferet, quo se prima tonsura initiari vult.

Trid. sess. 23. c. 4

Sacro Chrysmate confirmatum esse.

In ecclesia frequentius, religiosiusque versatum esse.

Spe esse, se in clericali disciplina permanurum: hoc verò testimonium à parochò, aut ab eo sacerdote habeat, cui Episcopo in disciplina traditus est, postquã clericali ordinis suscipiendi animus voluntatemq; ei patefecit.

Sacram item Communionem crebrò per annum sumpsisse.

Licebit tamen Epò, et sine testimonio, tum sumptæ Communionis, tum frequentatæ scholæ doctrinæ Christianæ ob causam admittere.

Sess. 23. c. 5

17 Qui verò aliquo minori, maiorive ordine initian dus est, testimonium præter ea, quæ mox supra præscripta sunt, afferat, etiam de his, quæ sequuntur.

De prima tonsura, aut de ordine, quem proximè suscepit.

De illius ordinis functionibus, à se præstitis: idque testificaturus habeat à præfecto ecclesiæ, cuius adscriptus est. Nec verò etiam regularis, cuiuscumque ordinis sit, admittatur, qui hoc testimonium non attulerit à suo superiore.

De habitu clericali, ad prouincialium, diocesanorumq; Consistorum præscriptum, post ordinem proximè susceptum, à se assidue gestato. Quam testificationem à parochò afferat.

Sess. 23. c. 11. c. 13.

De confessione frequentiori ex decretorum prouincialium præscripto, cuius rei testimonium obligatum ab aliquo confessario sacerdote, probato ad audiendas confessiones clericorum afferat.

De sacra Communione, vt decretis prouincialibus iussu est, crebrius sumpta. Hoc autem testatum afferat, vel à parochò, vel à præfecto eccle-

Ecclesie, in qua adscriptus est, vel ab alio sacerdote, qui Episcopi iussu ministrarit.

18 Qui subdiaconatum, aliumve sacrum ordinem suscepturus est, scripta præterea afferat, quibus præter cætera testetur.

De se ex præscripta formula, denunciationes in Ecclesia Cathedrali, & in aliis per Episcopum constitutis, publicè die festo inter Missarum solennia factas esse.

Ses. 23. c. 5.

Ætatem item, sanctione Tridentina præscriptam, annos scilicet viginti duos, si subdiaconatum; viginti tres, si diaconatum; viginti quinque, attingisse, si sacerdotium suscepturus est.

Ses. 23. c. 12.

Censum item, vel Ecclesiasticum, vel laicalem; quem & pacificè possideri, & tantum esse constet, quantum ad vitæ eius sustentandæ usum satis esse Episcopus censuerit, secundum prouinciæ, vel loci qualitatem.

Ses. 21. c. 2.

De Censu præterea denunciationes, præfinitis supra locis, factas esse, atque ad huius Concilii præscriptum.

Quicumque verò subdiaconus, aut Sacerdos creandus est, id præter alia testificationis afferat, se spirituales exercitationes ad decreti in hoc prouinciali Concilio editi, præscriptum, præstitisse videlicet.

Subdiaconatum suscepturus, qui diligentius vitæ perpendat rationem cui se illum suscipiendo sanctè obstringit, ac proinde re tota accuratius deliberata, puriori mente, ardentiorique animi voluntate, ad rem tanti momenti accedat, priusquam eo Sacro ordine initiatur, aliquem semotum locum adeat, vbi ab omnibus curis, & occupationibus liber, cum omni ante actæ vitæ suæ peccata, diligenti conscientie discussione, ritè confiteatur: tum in salutaribus meditationibus, aliisque spiritualibus exercitationibus totus versetur, duce, & moderatore sibi adhibito, religioso viro, earum usu perito, quem Episcopus in primis probarit.

In illis autem, vel mense, vel longiori, breuiorive tempore persistat, prout de moderatoris Consilio, Episcopus expedire censuerit.

Quas item exercitationes, eodem præscripto, & modo, eo tempore diaconi cum ad sacerdotii gradum accessuri sunt, præstent, ac præstent.

19 Sæpè illud, facile que evenit, vt uel hominis mores mutantur, vel quod de illius vita minus antea notum, atque exploratum erat, id postea aliquo modo patefiat: quo fit, ut, quem Episcopus, superiorve aliquando probarit, dignumque existimarit, aliquo etiam sacro ordine initiari, illum ipsum post inueniat indignum, neque idoneum esse, cui dem, aut maior ordo conferatur.

4. Ibidem.

Quare ut, & erroribus, multiplicique fraudi occurratur, & plane

ne

Ses. 23. c. 11.
Ses. 23. c. 8.

nē seruentur decreta illa Trid. vnum, quo vetatur ad superioris ordinis gradū illos ascendere, qui in inferiori aliquandiu, Epi iudicio, veritate non sint: quique cū ætate, vitæ et meritò, doctrinaq. maiori non procefferint: alterū, quo cauetur, nemini licere ab alio Episc. primā tonsurā, aut ordinē aliquē suscipere, nisi eius probitas, & mores, ordinarii sui testimonio, primū cōmendetur, Episc. aliūve superior preut pro sua prudentia, pietateq. expedire cōsuerit, in primis videat, nē cuiquā antequā sacre ordinationis tēpus proximē instet, litteras eiusmodi testimoniales, dimissoriaſve, p ordinib. ab alio Episc. suscipiendis: sine necessitate, vnquā cōcedat. Neque item iisdem litteris facultatē det, plures ordines suscipiendi, quam illos ipsos tantum, quos vno, eodemq. tempore ab eo suscipi voluerit, ac per sacros canones, conciliaque licerit.

Præſinat præterea in illis ipsis certum suscipiendi ordinis, cui quicumquam adscribendus est, tempus menstruum scilicet, vel bimestre, vel longius, ut pro loci distantia, pro aliave eiusmodi causa opus esse videbit. Quo præſtituto tempore transacto, eas litteras, illo nomine a se concessas, ei in posterum nihil suffragia, nihilque roboris habere iisdem litteris declare: quas etiam cancellario Episcopali, ab illo, cui concessæ sunt, reddi decernent.

20 Nec verò aliene diœcesis clerico seculari, neque ulli omnino regulari, litterarum autoritate, quas dimissoriaſ, testimonialesve hic ab superiore, aut ille ab ordinario suo habet, Episcopus ordinem aliquē, vel minorem, vel maiorem, ac nē primam quidem tonsuram, tempore illarum litterarum præterito, conferat.

Quod si nullum iisdem litteris spatium temporis præscriptum sit, nē item in sacra ordinatione quemquam promoueat: nisi eas receter, aut scriptas, aut renouatas, confirmatasve is afferat: atque ita recenter quidem, ut non amplius duobus, tribusve mensibus ante sacre ordinationis, qua ille proximē initiandus est, tēpus, datæ, confirmatæve sint: si modo, aut loci distantia, aut eius, qui ordinem suscepturus est, diuturna ab suo Episc. superiore absētia aliave id generis causa, vetustiores has, eiusdem Episcopi iudicio, admitti, probari non postulet. Id ipsum quoque Episcopus in testimonialibus morum litteris cauebit, quas suæ etiam diœcesis clerici, aliūve quicumque eo de genere afferent.

Litteras autem eiusmodi, de moribus testatum facientes, ab aliene diœcesis clericis, regularibusve item, qui sua diœcesi, monasteriove proximē aliquandiu ab fuerint, sibi afferri, exhiberiue curet, non solum ab eorum Episcopo, superioreve, sed ab illo etiam, apud quem proximē manserint, eiusve autoritate scriptas, atque obſignatas.

21 Quod idem a suis clericis præſtari iubeat, qui in aliena diœcesi, aliquo temporis spatio, proximē fuerint.

22 Si vero, qui eo spatio in litteris præfinito, aut si nullum etiam præfinitum sit, duobus, aut tribus post datas, renouatasve litteras, mensibus, ordines non susceperit; tunc litteras illas, vel dimissorias, vel morum testimoniales, eo nomine sibi ab suo ordinario, vel superiore primum datas, vel recenter confirmatas, renouatasve, quamprimum per loci distantiam potest, eidem per se, vel alium restituat, redacte.

23 Cum autem deinceps ordines suscipere vult, iterum recentes illas ab eo impetret.

Qui item ab suo Episcopo eos suscepturus est, quod ad morum suorum testificationes attinet, a quibus debet, iterum recentes illas ei afferat, exhibeatve.

24 Si quis una aliqua culpa, impedimento, ut infra irretitus tenetur, nè ad sacram ordinationem, contra sacrorum canonum, & conciliorum præscriptum, accedat, ut nè censuras, pœnasve canonico iure illis, qui tales ad eam accesserint, constitutas, subeat. Rursus diligentiam Episcopus adhibeat, nè fraude, uel dolo quispian Sacrae ordinationi sese ingerat.

Impedimento irretiti hi sunt.

- Minores natu. Dist. 8. c. 1. dist. 51. c. qui in aliquo.
- Sacramento chrisinatis non cõfirmati. Trident. sess. 23. ca. 4. de Ref.
- Rudes, & ignari. Dist. 51. c. q. i. aliquo Trid. sess. 23. p. tot.
- Criminosi. Trid. sess. ead. sess. 24. cap. 7. ca. 1. de bigamis nõ ord.
- Solenniter pœnitentes.
- Neophyti. Distinct. 51. capit. qui. De vit. & hon. cler. cap.
- Ebrietati, & gulæ dediti.
- Impudici. Dist. 51. c. qui.
- Lapsi post ordinem susceptum.
- Periuri.

Vsu-

Dist. 47. cap. Episcopus Vfurarij manifesti.

Dist. 51. c. qui 6. q. Infames.

1. infames.

c. vnic. d. obl. ad rat. Ratiocinijs obligati.

& 51. dist. 1. summa.

& 53. dist. legem.

De ser. non ord. & Serui.

& dist. 24. per tot.

de corp. rit. ord. Corpore vitati.

51. dist. c. fi. Insigniter deformes.

Dist. 56. c. presbyterorum, & extra eo. Illegitimè nati.

Dist. 51. c. qui. Peregrini, & ignoti.

De bigam. non or. Bigami.

Irregulares quouis alio modo.

Suspensi.

Interdicti.

Excommunicati.

Amentes.

Morbo caduco laborantes.

Energumeni.

Non examinati, & probati.

3. de init. ord. sac.

25 In ijs, quæ œcumenica Synod. Trid. de sacra ordinat. statuit, vberius et provincialiū Cōciliorū decretis explicata, multa sunt, quorum diligens ratio, etiam in Regularibus habenda est, atque eorum quidem capita quædam præcipua in fra hoc decreto complexi sumus. Videat igitur Episcopus, ut quicquid de iis ipsis capitibus, vel eodem Tridentino Concilio, vel Synodis provincialibus, etiam generatim constitutum est, in illis initiandis quam diligentissimè ab ipso seruetur.

Culpe,

Culpæ impedimentave canonica ordinis suscipiendi quarto Concilio enumerata.

Litteræ testimonial. superioris, de quibus supra fol. 20.

Testimonium de natalibus, & ætate præscripta Tridentino Concilio.

Ses. 23. c. 12.

Testificatio ordinis proximè suscepti.

Progressio in Ecclesiastica disciplina.

Testimonium bonum.

Denunciatio nominis in Ecclesia.

Ascriptio, & ministerium in Ecclesia, cui adscriptus est.

Exercitatio functionum ordinis suscepti.

Frequentia Sacrae communionis.

Reuerentia, atque obseruantia erga sacerdotes, & superiores.

Ses. 23. c. 11.

Interuallum anni inter postremum ordinum minorum gradum, & subdiaconatum, ac rursus inter vnum, & alterum ex sacris ordinibus; nisi necessitas, aut Ecclesiæ utilitas, iudicio Episcopi aliud postulet.

Diligens examen Episcopi ead. sess. c. 12.

Litterarum scientia, & cantus peritia, ac aliæ instructiones ad ordinis suscipiendi functiones ritè, rectèq. obeundas.

Vitus, & peritia recitandi diuinum officium.

Loco tituli, censusve, testificatio præstitæ professionis regularis, præscripta in Concilio provinciali secundo: vt sequitur.

2. tit. 1. dec. 23.

26. Vt quod Summus Pontifex Pius Quintus in explicatione decreti Tridentini, quod est sess. vigesimaprima, capitulo secundo constituit, executionem habeat, Episcopus, nè clericum ullum regularem, neq; secularem qui regularium more in communi vitæ disciplina sit, beneficiumque ecclesiasticum non habeat, ordinibus sacris adscribat, nisi à superiore fidem ille attulerit, se religionis, cui adscriptus est, professionem confecisse: iuratusque affirmet, scripto, manu sua subsignato, coram Episcopo, se id spontè fecisse, aut ratum habuisse. Illud autem scriptum in Archiuo asseruandum Episcopus curet.

27. Infirmi valitudine, aliave iusta causa impeditus Episcopus si stas, sacras ordinationes habere non potest, & aliquem propterea clericum suum ad alium Episcopum mittere velit, a quo alicui Eccles. ordini adscribatur, testimonialibus litteris ei datis, hæc adscribat, & testata faciat, vitæ imprimis, & morum probitatem, doctrinam, quam idoneus, examine habito, iudicatus est; Ecclesiasticum ordinem, quo est proximè initiatus, tam præterea natales, aut dispensationem. Si quam super illis obtinuerit: Si verò maiori ordini ascribendus est, ætatem item, & titulum, sufficientemque censum beneficii, vel pensionis, vel patrimonii, qd ille habet. Quicumq. clericus non huiusmodi

3. de iis, que partim ad or. fact. & c. Ses. 14. c. 3. Ses. 2. c. 3. & 8.

Ses. 1. cap. 2. de refor.

littere

nit,
ni,
atq;
com
pilis
oro-
rdis

litteras attulerit; quibus ea omnia adscripta, testata ve fiant, ordinis, cui adscribi vult, nē adscribatur, perinde, ac si nullas Episcopi seu dimissorias litteras impetrarit.

5. de imit. or.
acr.

28 Quod prouinciali tertio Concilio decretum est de ratione seruanda in concedendis litteris dimissorijs ab Episcopo impedito suis diocesanis pro ordinibus suscipiendis id locum, et habeat Episcopo absente.

Sede vacante
ut conceden
de littera di
miss Conc.
Trid. sess 7.
c. 10. sess. 23.
c. 20.

29 Clericos vero à diocesi absentes, qui dimissorias litteras petunt, Episcopus ad se, examinis causa euocet: liceat tamen ei aliquādo si hoc minus commodè praestari posse censuerit, examen illud speciatim Episcopo delegare, in cuius diocesi illi morantur, at uero tuac litteras dimissorias nē det; antequam examinis facti litteras, ab eo acceperit, cui illud delegauit.

Sess. 7. ca. 11.
& 12. de ref.

30 Si cui etiam Sedis Apostolicæ litteris, facultas permitta est, sibi licere ordinis Sacramentum ab alio, quam ab ordinario suo suscipere, is, antequam in itetur, etiā sui ipsius ordinarii litteras ob signatas habeat, quibus vitæ suæ mores, disciplina probitas, & cætera id generis testificata, commendentur.

4. que pert.
ad sac. ord.
Sess. 14. ca. 2.
de ref.
Sess. 23. c. 3.
8. 10.

31 Clericus, qui a suo Episcopo litteris testimonialibus, dimissorijs uel impetratis, ordinem ab alio Episcopo suscepit, mense post illum susceptum, aut longiori, pro loci distantia temporis spatio, in eisdem litteris praescripto, testificationem ordinis, quem suscepit scriptam suo Episcopo afferat: Si uero legitima causa impeditus est, id per aliū praestet.

32 At ubi primum poterit, ipse quoque, Episcopum conueniat, ut, & in eorum, qui ordinibus adscripti sunt, librum referatur, & certæ Ecclesiæ, si nondum adscriptus est, ex Tridentino Decreto adscribatur.

5. de initi. an
ord. sac.
Sess. 23. c. 10.

33 Nē Abbates, & baculi, & mitræ iure uententes, aliove eiusmodi privilegio, & autoritate conferendi minores ordines, munitos, patiatur Episcopus diocesanus, tonsuram, neque minores ordines, id quod Tridentina Synodus uenit, aliis conferre, quam iis, qui regulares sunt, & eorum iurisdictioni subiecti, nisi & ipsius Episcopi consensus ante accedat, & illi iniriandi à suo Episcopo, uel regulari superiori attulerint litteras dimissorias non generatim, sed speciatim concessas. Nec uero quibusuis Abbatibus id permitti liceat; sed ijs tantum, qui Sacerdotio initiati sunt, & stans benedictionis precibus consecrati.

5. Ibidem.

34 Qui subdiaconatus ordini adscriptus est, cum statim lege astrictus sit, canonicarum horarum officium, & Breuiarii praescripto recitandi, nemo ad eum ordinem capefendum recipiatur, qui in horarij illius officij, cuius lege deuinctus tenetur, rectè, ac, ritè recitandi usu peritus non sit.

In-

35 Inferioribus vero ordinibus initiandi, qui nullum beneficium ob-
tinent, versati sint in beatae Mariae officii recitatione.

36 Nemo titulo seminarii sacris maioribus ordinibus ascribatur, ne-
que titulo, item beneficij, aut pensionis, alteriusve census quod ei ad vi-
ctum, Episcopi iudicio, satis esse non constet.

4. quæ pert.
ad sacr. ord.

37 Quod alio Concilio verum est, ne seminarii titulo, clerico, qui-
quam Episcopus ordinem aliquem Sacrum conferat, id decernimus lo-
cum habere, nisi cum beneficij, seminarii unionis iure adiuncti, &
sui, & cultui ministerium est ab illo præstandum, tuncque certus an-
nuus census constituatur, unde qui eo titulo ordinem suscepit, sustenta-
ri queat Episcopi iudicio.

5. de init. or.
sacr.

Nec vere tamen is in illo censu ullum ius habeat, cum primum a-
liunde habuerit, unde itidem vitæ suæ sustentationi Episcopi iudicio
consultum, & prouisum sit. Quod si aliunde ex parte raturæ eius susten-
tationi prouisum sit, tunc extincta censeatur illa census attributio pro
tanta parte, quantam ad illam sustentationem aliunde habet.

38 Pensionis, & patrimonij, quod quis habet, & bonorum item quæ
perpetuo, & eo nomine ab aliquo ei donantur, titulo, Episcopus sacrum
aliquem ordinem alicui, etiam familiari suo conferre potest. Idque de
familiaribus, etiam si alienæ diocesis sit, modo post triennium ab initio fa-
miliaritatis, si Ecclesiarum suarum, uel necessitatem, uel utilitatem hoc
flagitare iudicari, ut sacris ille initietur.

5. de init. or.
fac. Concilio
Trid.
Sess. 21. c. 2.
Sess. 23. c. 9.

40 At verò etiam, si quis ei, qui sacris initiandus est, verè spondeat cer-
ta cautione, si quæ ad vitæ cultum vsui necessario sunt, suppeditaturum,
saltem donec ei aliunde prouisum sit huic, ob sacerdotum penuriam
ab Episcopo sacer ordo conferatur licet, sine alicuius etiam, vel benefi-
cij, vel patrimonij titulo.

41 At verò hæc in primis Episcopus diligentissimè uideat, ut pensio-
nem, patrimoniumve illud verò obtineat; utque ea donatio, sponsio-
ne uere, ac sine fraude, doluè facta sit: eiusque tabulæ, ut ritè, & rectè,
consectæ sint; utque pensio, patrimoniumve, & quæ dono data sunt, tā-
tum inde census percipiatur, ut satis esse possit ad alicuius honestam vitæ
sustentationem: qua in re omni cognoscenda promulgationes adhibeat,
& reliquam diligentiam quarto provinciali Concilio in hoc genere
præscriptam. Vide Quartum infra num. 44.

42 Ne quis patrimonij ab alio cuiusvis conditionis homine assigna-
ti, aut promissionis titulo, quæ certa cautione de re omni uictui necessa-
ria suppeditanda facta sit, secus ordinibus maioribus initietur, nisi præ-
ter ceteras præscriptas cautiones, illud etiam publico instrumento ca-
ueatur, ea certa adiecta clausula, ut uterque, & qui patrimonium assi-
gnat, & cui assignati iure iurando affixit, id patrimonium uere possi-
deri,

6. quæ ad or.
sacr. pert.

deri, obtinerique, ac nihil præterea inesse doli, & fraudis, nullumque esse eo nomine contractum initium, nullumque promissum factum; nec verò in posterum aliquid acturos, facturosve esse, quo minus clericus, qui initiatus est, assignato patrimonio verè, reque ipsa utatur, fruatur: proindeque. Si quid contra actum, gestum, factumve erit, id omnè irritum, rescissum, atque planè ipso iure nullum, nulliusque roborem esse velle; si quid autem contra actum erit, ei præterea, qui sacris initiatus est, pœna sit, ut statim ipso facto Episcopi arbitrio, ab ordinum, quos suscipit, munere, functioneque suspensus sit: nec aliis maioribus ordinibus ascribi possit.

Ses. 21. c. 2.

43 Verum, nè qui patrimonium assignat aliquo timore deterreatur, quominus illud, vel assignet, aut cautione victus, qui clericus satis sit, præstet: sed quo magis ad id ipsum excitetur, statuimus patrimonium eo nomine assignatum, cautionemque item in eum annecti, ut qui initiatus est, illud patrimonium, aut cautionem alienare, vel remittere nullo modo possit, donec beneficium ecclesiasticum sufficiens sit adeptus: vel aliunde habeat, unde vivere possit. Sed nec delinquenti committere, usque adeo, ut nè grauis quidem criminis, quod ille admisit, causa præscribi, nec fisco applicari queat: Sed ad eum, qui assignauit, donauit, cauitque, & ad eius hæredes, aut ad alios, qui ab intestato clerico initiato succederent, ipso iure redeat.

4. quæ pert.
ad sacr. ord.

44 Episcopus, cum clerum, ut in Concilio provinciali tertio iussum est, recognoscet, hoc præter cætera videat, an in alicuius clerici titulo, censuræ Ecclesiastico, vel etiam laicali, cuius nomine is ordinibus adscriptus est, quicquam innouatum sit.

Ses. 21. ca. 2.
de refor.

Siquæ vel beneficii Ecclesiastici cessionem, vel patrimonii alienationem, vel pensionis extinctionem, aut remissionem factam esse compererit, canonum iure, sanctioneque Tridentina agat, ut iuridicè recuperetur, restituaturve, quod vel cessum, vel alienatum, vel remissum, extinctumve, ipsi clerico præiudicium adfert ad vitæ sustentationem: aut si quid alia ratione, pacto commissum, actumve est, quod vel Decreto Tridentino ea de re edito, sacrisve canonibus repugnat, vel fraudem facit: contra quoscumque verò, qui tale quippiam admisserint, idè pœnis agat, iure Canonico constitutis, iisdemque ab Synodo, & Tridentina renouatis,

4. Ibid. sess.
ead. c. 11.

45 Stata illa temporum interualla, ordinibus, tum minoribus, tum maioribus suscipiendis, Concilii Tridentini decreto præscripta, nè facile, ac passim sine vilo delectu prætermittantur, omittanturve. Quod si de ijs aliquid ab Episcopo remitti, dispensariue contigerit, id in litteris dimissoris testimonialibusve ordinum, adscripta etiam dispensationis causa testatum planè fiat.

5 de examine-
ratione.

In ecclesie administratione, ut necessarium, ita multiplex est exami- nis de literarum peritia, & disciplina officium: modo namque ab epi- scopo, cum ad eorum, qui ordinis sacramento initiandi sunt, tum etiam ad concionatorum, confessoriorumque approbationem adhi- betur, tum praeterea ad indagandam, perspicendamque cleri in litte- rarum studijs rationem, progressionemve; ad aliaque item multa episcopo idem adiumento, atque usui est: modo autem non solum de illis, qui ecclesijs parochialibus, alijsque curam animarum habentibus, praeficiuntur, illud instituitur, & conficiuntur, sed de ijs etiam, quibus be- neficia ecclesiastica cuiuscumque generis, vel literarum Apostolicarum, quae forma. Dignum, conferri solent, auctoritate, uel alio iure conferuntur, quae ad ea praesentationis, nominationis, electionisve nomine instituuntur. Quamobrem, ut omnis, quaecumque causa suscipitur, haec examinandi ratio per examinatores, ut fieri potest, quam rectissime, conficiatur, praeter aliqua, quae praesumi Concilio provinciali quarto enucleatius decreta sunt, has et instructiones conficiendas censuimus: quae partim ad uni- uersum hunc examinandi modum pertinent, partim uero certorum exa- minum propriae sunt. Atque ijs quidem omnibus pro sua quisque pietate episco- pus, & prudentia alias et instructiones adiungat, aut de ijs aliquid re- mittat licet, prout est suae diocesis rationibus, atque usu esse uiderit.

Quae instructiones, ut in morem, & usum inducantur, cura sit eius- dem Episcopi, & Vicarij, qui examini praest.

48. Porro in primis examinatores, in synodo diocesana constituti, cum eorum, qui ecclesijs parochialibus praeficiendi sunt, examen ineunt, iurandi, quo publice in synodo, quo primum tempore delecti sunt, sese obstrinxerint, memores uideant, ut omni humana affectione de- posita, munus a se susceptum recte curent, atque administrent, ne quod sancte, religioseque sponderint, uiolent, & propterea periuri fiant.

49. Examinis causa, occasioneve, nihil quicquam, ne minimum qui- dem, neque ante, neque uero post accipiant, alioqui sciant, qui dant, se simoniae crimen ex sanctione Tridentina subijisse, nec uero praeterea se neque adeo illos, qui dant, absolui licere; nisi dimissis beneficijs ec- clesiasticis quaecumque obtinent: ac inhabiles item factos se esse, qui- bus in posterum ea, uel alia conferantur.

Sess. 24. c. 18.

50. De omni uero culpa, in suscepto munere commissa, ij rationem etiam in synodo provinciali reddant, in eaque grauior auctoritate Tri- dentini Concilij puniantur.

Sess. & c. eod.

Nec uero item, qui examinatores liberè, pro arbitrato Episcopi, ad alios quocumque nomine causaue examinandos asciscuntur, examinis occasio- ne vnquam quicquam, ne esculenta quidem, procul entaue.

P Qui



Qui contra fecerit, cum indignus deinceps censetur, qui id munus gerat, tum alia pœna arbitrio Episcopi afficiatur.

51 Omnes uerò examinatores, quicumque sint, nouerint, sibi munus, usque ad eò graue committi, ut si negligenter, aut malè se ullo modo gesserint, Deo in primis culpe, in eo munere admissæ, exactam rationem reddituri sint.

Quare non spe, non metu, non premio, non personarum ratione, non aliquo affectu ducti muneris sibi commissi curam gerant.

52 Proposito sibi in primis timore Dei, nè quèquam, quem indignò norint, peobent, rursus quem, experimento, periculoue facto, idoneū, dignumque comperiant, nè reiciant. Itaque grauitèr, maturè, prudenter, rectè que tum de probando, tum de reiciendo deliberent.

53 Cum in locum conuenerint, ubi moris est, clericorum experimentum fieri, priusquam aggrediantur, à stata prece, orationeque congregationum usui præscripta, que de libro pronūciet, qui examini præsidet, initium faciant; hoc piè, intimè que præcantes, ut Dei ope imprimis illud rectè, prudenter, diuinæque uoluntati congruenter conficiant.

54 Nè quempiam, de quo examen, periculoue fiat, examinatore alii collegæ ulla ratione commendet.

55 Nè ad alicuius examen accedat, nè uerò suffragii ius habeat, nisi Episcopi, Vicariue iussu ad illud euocatus.

Si quis quempiam priuatim docuerit, qui examen subiturus est, eū id subibit, nè præsens quidem ille adsit, nè dum ad examē adhibeatur. sed alius in eius locum, Episcopi, Vicariique iussu tunc uocetur.

56 Cautio diligēs sit, nè alterius noīe quis examen exponatur, experimentumue subeat, quod aliquando factum esse compertum est.

Queratur item diligenter de iis, qui examen habeendum accesserint, an aliàs institutis de more examinandi questionibus, experimentum, periculumue sui fecerint, anque si quid extet, quod de illis compertum, uel deliberatum sit.

Nè examinis initium fiat, nisi præsentès adsint, tum Episcopus, uel Vicarius, tum examinatores ex præscripto Concilii Tridentini, ad minimum tres, cum de beneficio curato, quauis ratione conferendo examen instituitur. Id quod locū etiam habeat deinceps, cum de aliquo maioribus ordinibus initiando, uel de concionatore, confessarioue approbando examen conficitur.

4. quæ pert.
ad Sacr. ord.

Id Episcopus, quantum sibi per occupationes Episcopales licet, maximè curet, ut, cum experimentum, examenue de iis instituitur, qui ordinibus, præsertim maioribus initiandi, qui que Ecclesiis parochialibus præficiendi sunt, ipse præsens in eo examine adsit.

5. de ex. rat.

58 Cum quis in examen uenerit, eius uultus, & habitus corporis, & uelut

59 *Si quis vel clericali vestitu deformi ab ordinis Ecclesiastici decore, aut disciplina alieno indutus, vel sine congrua, pro sui status, & ordinis ratione tonsura accesserit, nè ad ullam examinis, experimentivè rationem ei aditus fiat, nisi decenti veste amictus, & tonsura præscripta ad illud redierit.*

60 *Nè de vlllo quoque initiando, si modo non aliter Episcopus aliquando centuerit examen, experimentivè antea fiat, quam ætatis, natalium, aut dispensationis concessa, beneficii ecclesiastici, vel pensionis, patrimonii sive testificationes scriptas: easdemq. à Vicario Episcopali recognitas, illiusque subscriptioni lignatas, ac probatas atulerit, exhibe ritivè: nisi aliquando Episcopus eas post examen exhiberi, recognoscivè iusserit.*

Neque item, nisi aliàs præscriptas decretis provincialibus, edictivè Episcopali testificationes dederint.

Nec verò præterea, nisi de eo à Cancellario Episcopali examinatos audierint, cognoverintve, quæcumque Episcopi, iussu inquisitiones de eo factæ, atque ex officio præscripte, aliorum litteris significatæ, vel denunciata, vel delatæ sint.

61 *Testificationes verò omnes, tum ab eo, qui initiandus est, tum ab alio quovis examinis occasione exhibitæ, Cancellario Episcopali restituantur, tradanturve.*

Cuius sit illas ipsas in codiceni certum, eo nomine confectum, summatim referre, eundemque in Archiivo Episcopali asseruare.

62 *Verum testificationes ætatis, natalium, ac si de eo, qui maioribus ordinibus initiandus est, igitur patrimonii, beneficijve Ecclesiastici idem Cancellarius asseruet: ac litteris publicis, quas de eo, qui ordinem susceperit, conficiet, de illis pro ratione sibi præscripta testatum faciat.*

63 *Cum examen initur illius, cui in curam certa Ecclesia parochialis tradenda est, videant ante examinatos, qui qualis, & quam numerosus populus sit, cuius parochialem curationem is suscipiet.*

Quod sanè re diligenter explorata in examine, quod inibunt, sibi proponant accuratè perspicere, an ad eam curam suscipiendam, Igerendamve idoneus omnino ille sit.

64 *His omnibus ita præscriptis, examinatos ordine ad interrogationes, questionesve veniant. Atq. in examine quidem ea rō nitatur, vt interrogationes, quæstionesve is examinatos proponat, quæ p vicissitudinis rōne, & p doctrinæ, disciplinæve genere, mō hūc, mō illū in eo ipso examine Epus Vicariusve, examinis præses interrogari iusserit, vt nè vnus alterū uario, multipliciq. interrogationū mō certatim iterpelleret.*

65 Interrogationum porrò, & quæstionum rōnem examinatores inteneant, ut illis inter se sic distributis examināis instituti rōnib. prout oportet cumulātè satisfactū sit: atq; eorū unusquisq. quo de genere querere instituerit, ita de eo quærat, interrogetve, ut, quemadmodum patet, illius generis quæstiones, interrogationisve satis explicatae sint.

66 Silentio, dum examen habetur, utantur, nec inter se colloquia, cōfabulationesve habeāt: nec mutuas itidem quæstiones, dubiorumque explanationes sibi proponant; sed ad illius, de cuius doctrina interrogationibus queritur, responsiones attenti, animum attentionis studio eidem addant, ad rectè explicandas propositas sibi quæstiones.

Nec verò examinatore, loco suo interrogantem alius interturbet; sed unusquisque expectet, dum sibi ordine, pro quæstionis genere, rationeve interrogare contigerit.

67 In quæstionibus, interrogationibusve proponendis, non verbis, nō aspectu, non ullo modo seueros, vehementesque se præbeant, ut, qui examen subeunt, seueritate deterriti, animum nē despondeant, memoriaque languescant, ac vacillent, non sine aliquo dedecore: ac benigni, gratique animi significatione illos, vel differentes, vel respondentes audiant: nec verò quibusdam interrogatiunculis, aliave vili ratione interpellent.

Si quid autem vel in differendo, vel in legendo, vel in pronuncian- do, vel in respondendo eos offendere animaduertent; nē tunc illos doceant, obiurgentue, ac nē moneant quidem; nisi quid ad examen rectè instituendum, perficiendumue pertineat: sed examine peractō eos breui admoneant, doceantue, siquid necessario illos, tunc admonē- dos, docendosue duxerint.

68 In omnibus porrò, & singulis examināis interrogationib. spectetur non solum uniuscuiusque eorum, qui examinantur, scientia, sed etiam vsus iudicium, ingenii, ius, ac solertia.

Examināis autem omnium ea ratio instituta sit.

69 Ut primo de toto uitæ statu, genere, patria, domicilione eius quæ- rat, qui examen subit.

An impedimentum aliquod habeat, quo irritus, uel initiari, uel be- neficium Ecclesiasticum cuius nomine experimentum sit, uel prædicā- di munus, uel confessiones audiendi suscipere, ac exercere non possit. Quo impedimento, si quis etiam occultè illigatus tenetur, id planè E- piscopo saltem patefaciat, nē quisquam illegitimè, uel irritus, uel be- neficium consequatur, uel aliud munus suscipiat, geratue.

An in orationis sancte studio, usque uersatus.

Quibus meditationibus instructus, Deum tacitus oret.

Qui orationis modus.

Qui illius fructus, quæve vtilitates.

Quot, quibusve partibus illa constet.

Quæ regula præparationis ad orationem, & cætera multa eiusdem generis, prout prudens, piusque examinador pro ratione, aut personæ, de qua quæritur, aut causæ, ob quam fit examen, opus esse viderit.

70 His perquisitis examinadores ad scientiæ, eruditionisve experimentum descendant: Vt autem ij certam sibi formulam proponant, qua illorum, qui examinantur, & litterarum doctrinam, & vitæ clericalis disciplinam, & rei Ecclesiasticæ peritiâ experiantur, in omni experimenti, examinisve ratione, sacris Bibliis, Catechismo Romano in primis, Concilio Tridentino, sacrorum Canonum decretis, & aliis Pontificiis Constitutionibus, Synodisq; tum prouincialibus, tum diocæsanis vtantur, vnde suas interrogationes hauriant, quibus, prout est illorum ingenii captus, explorent, eorundem, & scientiam, & Ecclesiasticarum rerum notitiâ, atque vsum.

71 Cautio autem sit, ut si dum quis interrogatur, ita rudem, atq; ignarum se ostendat, qui rerum faciliû, minimarumque nullam scientiam, vsumque teneat, nè aliarum rerum difficilium interrogationibus tempus conteratur.

72 Rursus cum quempiam, quanta doctrina, & vsu litteratè peritus sit, exploratum erit, non est, cur pluribus interrogationibus secum diutius agatur.

73 Nunc igitur vniuersè infrâ præscribemus, quæ ad rationem pertinent vniuscuiusque examinis eorum, qui vel ordinis Sacramento initiantur, vel parochialium Ecclesiarum curam, vel alterius beneficii munus suscipiunt, vel Sacræ confessionis audiendæ officium sumunt, vel ad Dei prædicationem mittuntur. At verò speciatim longè plura, atque adeò pauciora, prudentum examinatorum, ac præsertim Epî, eiusve, qui examini præest, iudicio relinquuntur, & pro eorum captu, qui ad examen accedunt, & pro ordine, quo quis initianus est, & pro ratione locorum, quo mittuntur, & pro genere doctrinæ, quam profitentur.

74 Qui verò earum rerum, quæ certis interrogationibus demonstratæ, in hac instructione continentur, se minus eruditos esse ostenderit, eos Episcopus admoneat, ut diligenter in posterum in doctrinis incubant, atque harum ipsarum rerum in primis peritiâ, & scientiam percipere studeant, ita, ut cum visitationis munus, aliave eorum studiis, & progressus in litteris recognitio adhibebitur rectè, peritèque omni eo doctrinæ genere instructi comperiantur.

75 Ac primò quidem eum, de quo examen faciendum est, legere examinadores iubeant, quoad experiundo videant, an

ille rectè, explicitèque legat.

76 Post, si ordinis, aut beneficii, aut recognoscenda: clericis cuiusque in litterarum studio progressionis causa experimentum sit, grammaticorum more, verborum constructionem proponendi: quo in genere si quid is errat, labiturus, ita ut, nè pro grammaticæ quidem ratione, illorum usum, peritiamve teneat, nè propterea cum inter turbent, interpellentur, aut impediunt, quominus ad propositum grammaticæ instructionis modum redire possit.

77 Tum verborum, quæ legerit, construxeritve sensum ab eo querant: quem ut rectè eliciat, atque exprimat, quod ei legendum proponunt, eiusmodi sit, quo tota sententia, sensusque perfectus concludatur: nihilque in se habeat, quod sub historia intelligentiam cadat, aut ex antecedenti, consequentiùe alio capite explicatio existat; deinde ad alia graviora eius doctrinæ, disciplinæve experimenta examinatores progrediantur.

78 Qui primam tonsuram, aut minores, maioresve ordines suscepturi, ad experimentum, examenvè accedant, ab unoquoque eorum universè, ac sigillatim quærat, præterea, an impedimentis, quæ Concilij provincialis quarti decreto, de initiandis, commemorata sunt, irrecti teneantur; ut potè, an scilicet sint.

Minores nati.

Rudes, & ignari.

Criminosi.

Solemniter pœnitentes.

Neophiti.

Ebrietai, & gulæ dediti.

Impudici.

Lapsi, post ordinem susceptum.

Periuri.

Vsurarij manifesti.

Infames.

Ratiocinijs obligati.

Servi.

Corpore vitati.

Insigniter deformes.

Illegitimè nati.

Peregrini, & ignoti,

Bigami.

Irregulares quovis alio modo.

Quo in genere cautio sit, ut præter alia, speciatim perquiratur ab eo.

An

Sess. 23. c. 17.
de refer.

- An stipendium belli fecerit, vnde cedes hominum exiterit.
 - An iudicis Criminalis in foro laicali officium gesserit.
 - An sententiam capitis tulerit.
 - An criminis, cuius nomine capitis quis damnatus sit, acta, sententiam, testificationesque dicarit, aut conscripserit.
 - An in eo procuratoris, aduocati que fiscalis munus administrarit, alia que exercuerit; vnde irregularitatis maculam contraxerit.
 - An suspensi.
 - An interdicti.
 - An excommunicati.
 - An amentes.
 - An morbo caduco laborantes.
 - An energumeni.
 - An verò non examinati, & probati.
 - Exploretur item, an furtim, per saltumve ordinem susceperit.
 - Inuestigetur præterea, cum quis ordinem aliquem suscepturus, ad examen uenit, quamdiu est, quò alium ordinem suscepit, ut nemini ad altiore gradum pateat ascensus, nisi in singulis alijs inferioribus ordinis gradibus congruo temporis spacio persisterit ad præscriptum Tridentine sanctionis.
 - An vna, & naturam, mysteria que ordinis, quem suscepturus est, norit.
 - An itera ritus, & carimonias, quæ ex libro pontificali adhibentur, sum initiatur.
 - An eorum item significationes sanctiores.
 - An sacrarum vestium, quibus induuntur, mysteria item, & significationata.
 - An functionum notitiã habeat, ordinis, quo quisq; initiãdus est.
 - An earum usum, exercitationemque rectè teneat, cum in litteris, tum etiam in cantu: in quo experimento adhibeantur cantus periti.
 - Quicumque Ecclesiasticum aliquem ordinem suscepturus est, de eo periculum, experimentumve fiat, non solum in litterarum scientia, verum etiam in cantus peritia, ad ordinis, quem tunc suscipiet, functiones ritè, rectèque obeundas necessaria; tum præterea si sacro ordini ad scribendus est, in usu, ac notitia, quam in recitandis diuini officii honorariis laudibus, precibusque habeat.
 - Qui subdiaconatus ordini adscriptus est, &c. supra num 34.
- 79 Hæc generatim ab omnibus, & singulis explorentur: Nunc præterea sequuntur, quæ sigillatim cuiusque ordinis propria, suo loco præscripta, perquirenda sunt, ita tamen, vt examinatores pro prudentiæ suæ ratione, quæ in ordinis inferioris examine, exploratione-

Ses. 23. e. 12.

4. quæ pert. ad sac. ord.

5. vt supra.



neve requirantur, aliquando etiam perquirant ab iis, qui superiori ordine initiantur.

De iis, qui prima tonsura initiandi sunt, queratur, & intelligatur.

Primum, quam ob causam se clericos fieri velint.

An secularis iudicii vitandi causa initiari curent.

An contentiosis litibus implicati.

An rixam, simulatamque exercent.

Quod item artificium teneant; quave in arte, quove in vitæ genere hactenus versati sint.

An tales sint, qui spem prebeant ecclesie ministros viles se fore.

A quo sacerdote, sanctioris vitæ magistro; instituti sint ad clericis vitæ modum.

An legere, & pronunciare, & scribere norint: tum in utroque genere de iis periculum fiat.

An doctrina Christianæ præcepta, institutaque sciant.

An Epactæ intelligentiam habeant.

Præterea an Sacramentum confirmationis susceperint.

80 De iis vero, qui minoribus ordinibus ascribi nolunt, queratur expetiundoque cognoscatur.

An saltem primordia grammaticæ, & linguam latinam intelligant.

An scientiæ spes tales eos ostendat, qui digni sint, ut ad maiores ordines aliquando ascendant.

An versati sint in recitatione officij Beatæ Mariæ Virginis, supra num. 35.

81 Qui verò sacris ordinibus, utpotè subdiaconatu, diaconatu, Sacerdotio initiandi sunt, cum ornatu, exultique iis virtutibus esse debeant, quæ in clericis inferiorum ordinum requiruntur, sicut ad altiorum ordinis gradum ascendunt, ita virtutum, & probitatis, & doctrinæ quodam quasi ascensu præstare debent.

Quamobrem hoc imprimis examinatores videant, an qui ordinis Sacramento initiantur per singulos illius gradus, & in vitæ spiritualis disciplina maiorem progressionem fecerint.

An Breuiarium, anque sacra Biblia, an item sanctorum patrum volumina, Concilium Tridentinum, & provincialia quoque Synodos Episcopi diocæsani, Catechismum Romanum, rationales diuinorum officiorum, & libros aliquos, de vitæ spiritualis rationibus conscriptos, sui muneris vsui accommodatos habeant.

82 Subdiaconis potissimum de ordinum minorum queratur, & maiorum differentia.

An

5. d. init. ord.
sac. §. Qui
ver. inferior.
5. de exami-
nerat.

An in minoribus ordinibus probati sint.

De voto item continentiae, quod subdiaconatus ordini coniunctum est.

De Sacramentorum etiam doctrina, saltem generatim.

Tum eorundem periculum, experimentumve fiat in officij diuini recitandi ratione: supra nu. 100. in fi.

83 Diaconorum examen, experimentumve fiat præterea aliquanto diligentius de Sacramentorum doctrina.

Experimentum item aliquod fiat in concionibus habendis, ex ratione, Concionatorum examini præscripta.

84 Ab ijs, qui sacerdotio initiari volunt, hæc sigillatim studiosius perquirantur.

An pie, & fideliter in ministerijs ante actis se gesserint.

An spectata pietate, anq; castis moribus.

An præclarum bonorum operum exemplum, & vitæ documenta, ab eo expectari possint.

Hæc præterea quarantur.

Quid sit Missæ sacrificium.

Qui illius sacrificij effectus.

Quæ eiusdem partes.

Quæ mysteria in eo insint.

Quæ sacrarum vestium significationes.

Quæ in eo officio offerendo requirantur.

Vbi, & quando illud fieri non licet.

Quæ dubia aliquando incidere possunt.

Quæ explicatione opus habeant, vt illud rectè fiat.

Tum experimentum eorum ex præscriptis infra regulis fiat.

An sacræ confessionis aliquam peritiam habeant.

An ad alia item Sacramenta rectè, ritèque ministranda idonei sint.

An eorum cognitionem explicatiore habeant, ex interrogationum præscripto, vt infra de paroco.

An doctrinam item teneant, qua verbum Dei rectè tractare, concionemve habere possint.

Anque de re sacra, de christianarum virtutum officiis, atque de omni re ad salutem necessaria aptè populum instruere, aut docere possint.

Cum verò à cæteris omnibus, vt præscriptum paulò ante est, qui clericali militiæ adscribuntur, de vitæ spiritualis, sanctiorisque institutis, atque exercitationibus perquirantur, tum maximè ab ijs, qui vel sacerdotio initiantur, vel parochialem curam suscipiunt, vel sacræ confessionis audiendæ munus sumunt, vel in tractatione verbi Dei, sacrisq; concio-

concio-

concionibus uersari uolunt. A quibus omnibus, & singulis, cum ad examen ueniunt, præter cetera, quæ ad sanctæ spiritualis uitæ usum pertinent, ea maxime explorentur, quæ de orandi modo, de quæ omni sanctarum meditationum, cælestium uel contemplationum exercitatione ab alijs, qui in eo genere religiosè sese exercuerunt, tradita sunt. Quæ sequuntur, uideantur in titulis sequentibus. De examine eorum, qui præficiendi sunt ecclesijs parochialibus. De cõfessarij examine. De examine Concionatorum, &c. De examine clericorum ad indagandam eorum in litterarum studijs progressionem, & sacre Scripturæ interpretum.

7. de init. or.
sacr.

85 Regulatum examen diligens ab Episcopo fiat, Quod potissimum uersetur circa litterarum scientiam, & cantus peritiam, ac alias instructiones ad ordinis suscipiendi functiones ritè, rectèq; obeundas.

Ac circa usum, & peritiam recitandi diuinum officium cetera ad ipsos regulares spectantia uideantur supra, nu. 25. & 26.

3. de ijs, quæ
partim ad or
ci. sac. &c.

86 Conuocato præterea sæpe per annum, ut alias iustum est ad se clero, aut ipse, aut sacerdos aliquis, uir doctus in ecclesiasticaq; disciplina uersatus, eius nomine ad illum, remotis laicis, sermones, conciones uel habeat de ordinis eorum præstantia, & sanctissimis officijs, de uirtutibus, quibus clericalis ordinis homines præluere debent: de uitijs, quibus in populo offensionem præbere possunt, de omni denique clericali morum disciplina, uirtutumque perfectione. Idem quoque præster pridie eius diei, quo statas sacras ordinationes habebit, conuocatis illo die tum clericis, qui postridie ecclesiasticis ordinibus adscribendi erunt, tum alijs, quos de clero urbano tunc accersendos esse censuerit.

Idq; præstetur officium, quod ipse Episcopus ex Prouincialibus nris decretis die sequenti præstare debet, sermone in explicanda clero, populoq; doctrinarum, sanctorumq; significatione mysteriorum, quæ tunc in ecclesia publicè ipse agit.

7. de init. or.
sacr.

87 Eo sermone, quem pridie illius diei, quo sacra ordinatio celebratur, Prouinciali decreto haberi institutum est, illud in primis spectetur, ut quæ monitiones postero die de libro Pontificali leguntur, discretis uerbis, ijsque uulgariter conceptis explicentur uerius.

Unusquisque porro eorum, qui sacris ordinibus initiabuntur, etiam, atque etiam diligenter admoneatur, quod, quamque sanctum munus suscepturus est.

Verum eius sermonis ius, in subdiaconis potissimum monendis uersetur, quò rectius, dum integrum est, deliberare possint, an castitatè, quæ perpetua illi ordini est annexa, profiteri uelint, eoq; accuratius propterea in graui illa deliberatione uideant, quid Deo auxiliante præstare possent.

spereant, neq; in eo Ecclesiastico spiritaliq; munere suscipiendo quicquam agnatorū, vel huiusmodi aliena voluntate, sed sua spontanea deliberatione agant; nec verò in sacri eiusdē ordinis susceptione, vitæ huius cōmodum, aut aliud quicquā eiusmodi, sed Dei honorē sibi propostū habeat. Huius gñis sermo, à quoūq; appositē habetur, utilis ille qui dem est, at multis partibus longē vtilior erit, atque opportunior, si eandem Episcopus accuratē, studiosē que habuerit.

88. Constitutione Pij I. Pont. Max. Quicumque clerici sine canonica dispensatione, extra tpa, vel ante legitimā aetate, vel absque dimissoriis ordinarij sui litteris, se ad aliquē sacrum ordinem promovendi fecerint, ab eorū ordinū, quos susceperint, executione ipsō iure suspēsi sunt. Siq; suspensione durante, illorū ordinū ministerium, functionesve obierint, statim irregularitatē subeant; ob quam, præter alias pēnas, contra istos canonū iure sancitas, beneficijs et ecclesiasticis priuari possūt. Is igitur pēnis, ne quis facilē illigetur, illam constitutionē quotannis, tū in diocesana Synodo promulgari, tum pridie illius diei, quo sacrae ordinationes habebuntur, edici clericis iubemus, qui initiabuntur.

89. Quicūque aliquem ecclesiasticum ordinem susceperit, is, vt Tridē. Concilio iustum est, certē Ecclesiæ adscribatur, in qua functiones, quas ei Ep̄s præscripserit, obeat; nec verò alius eidem ordo ante conferatur, quam ipsi Ep̄o fidem, testimoniumque ille attulerit se in Ecclesiā, cui adscriptus est, præstitisse præscriptas sibi functiones.

Si verò aliqua de causa eodē tpe, ex factorū canonum permissu plures ordines minore clerico Ep̄s contulerit, eidem præscribat arbitrato suo functiones, ad vnumquemque minorem ordinem, quem ille suscepit, pertinentes.

90. Videat etiam omnino, ut quēcumq; eiusmodi titulis ordinavit, et familiarē suum, certē illū ecclesiæ addicat vbi ordinis suscepti functiones, ac munera, ut ipsius Concilii decreto cauetur, ipse verò præstet.

91. Qui certis ecclesijs adscripti sunt, in ipsis dieb. ad eas cōveniant, & in ijs functiones eas præstent, quē vnicuiq; eorū ab Ep̄o p̄scriptę erūt. Si tamen ijs diebus aliqn̄ ad divina officia obeunda ad funerave in alias ecclesias vocabuntur, eò illos accedere permittat Episcopus.

92. In testimonialibus ordinis, ab vnoquoque suscepti, litteris, fiat testificatio etiam ecclesiæ, locive pij, cui is tum adscriptus est, ex Tridentino decreto. Nec verò, &c.

93. Quicūque clericus, alicui Ecclesię adscriptus, ubi ordinis à se suscepti, functiones obeat, memor cōplurium Sanctorū, qui vel toto vitæ tpe, vel multis saltē annis, in alicuius et minoris ordinis ministerio, munereve religiosē versari, ad altiorē se ordinis gradū prouehi passī non sūt, eorū recordatione, exē ploq; excitatus illud sedulō curet, atq; ad eò efficiat,

3. de ijs, quæ partim ad ordi. sacr. &c.

4. Bulla edita 15. calen. Decemb. 1461.

2. tit. 1. dec. 14

Sess. 23. c. 13. 14. 16.

5. de iur. or. sacr. Sess. 23. c. 16.

2. tit. 2. dec. 28.

5. de iur. or. di. fact.

efficiat, ut ordinis, quo proxime initiatus est, præscriptas functiones, non elate, sed humiliter, non raro, sed frequenter, non negligenti studio, sed accurata, vereque clericali sollicitudine, & disciplina, pie, recte, atque rite præstet. Alioqui si in sanctis ijs functionibus negligenter, contraque ac præscriptum est, se gesserit; illud norit, eo voluntatis suæ testimonio, sibi apud Episcopum, aditum præcludere ad altiore gradum ascendendi.

2. ti. 2. dec. 28

sup. tit. ab. 4
to la. cor. 10
2. de. 1. b.

94 Rector autem, in cuius ecclesia illi conveniunt, tertio quoque mense Episcopo referat, vel litteris significet, non solum an huic decreto ab illis obtemperetur, verum etiam an ea præstentur, quæ superiori provinciali Concilio illis præscripta sunt, tum de habitu, tum de tonsura clericali, tum de eorum vitæ consuetudine.

3. vt supra.

1. de. 1. d. 103

95 Præfectus autem, rectorve ecclesiæ testimonium de clerico facturus, qui functiones in sua ecclesia obierit, hæc testificationis suæ litteris speciatim, vereque exprimat, quas scilicet functiones, & quâ diu, & quâ diligenter, & quam pie, & quam decenter, recte, riteque præstiterit.

4. quæ pert.
ad Sacr. ord.

96 Clericos quoscunque, certæ ecclesiæ, piove loco adscriptos, si ab ecclesia, cui adscripti sunt, clericali statione, sine Episcopi facultate, eaque litteris exarata, discesserint, ordinum suorum munere, ex eiusdem Concilii Tridentini sanctione, Episcopus interdicit.

Sess. 23. c. 16.

4. ibidem.

97 Nec vero propterea quicquam derogatum alijs decretis, penitus sit, quæ de parochorum, aliorumve curâ animarum gerentium, cæterorumque residentia præstanda, vel absentia cauenda, puniendave Tridentinis decretis, ac nostris Provincialibus Constitutionibus, Edictisque præterea Episcopalis constitutæ sunt; quinimo illis etiam pœnis, multæque contra eos agat Episcopus omni iuris ratione.

2. ti. 2. dec. 28

10. 2. 1. b.

3. 1. 1. b.

98 Curet Episcopus, ut qui clerici certæ Ecclesiæ ministerio adscripti non sunt, ijs Dominicis, festisque singulis diebus in Parochiali Ecclesia, in cuius finibus eorum quisque habitat, Ecclesiasticum beneficium obtinet, quod residentiam non requirit aut in ea, quæ Episcopo videbitur, Rectori operam, atque adiumentum nauent ad divina officia celebranda.

3. de ijs, quæ
pertin. ad or.
sacr. & c.

Quod altera provinciali Synodo decretum est, ut clerici, certæ ecclesiæ ministerio non addicti, festis diebus in parochialem Ecclesiam, in aliamve, Episcopi arbitratu conveniant ad divina officia celebranda, id præstent omnes diligenter, et qui sacerdotes sunt: idque tum maxime in solennis Missæ sacro, itidemque in vespertinum officio.

Quo præterea tempore in eadem Ecclesia sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, vel in altari adorandum fidelibus publicè exponitur, vel inde in tabernaculo reconditur, vel processionis ritu per ecclesiam circumferitur, adsint, munusque suum, & operam præstent. Idque omne, nisi aliquando Episcopi concessu ei alio loco tunc ministrare inferuire licuerit.

99 Archidiaconus cuiusque Cathedralis Ecclesiae, sive Ecclesia Archidiaconum habeat, sin minus is, qui proximum post Episcopum in ea Ecclesia dignitatis gradum obtinet; intra sex menses librum conficiat, in quo diligenter describat clericorum omnium secularium nomina; & quo quisque ordinis gradu sit, ac deinceps reliquorum tam secularium, quam regularium, qui clericatum, vel aliquem ex minoribus, maioribusve sacris ordinibus assumpserit, locum etiam, & tps.

1. quæ ad Sacram. ord. ad min. pert.

Quicumque verò posthac in nostra Provincia à suo Epò, vel eius permisso ab alio, èt extrà Provinciam, in clericali militià adscriptus fuerit, vel altiorè ordinis gradù ascenderit, ad mensem ex eo die, quo ordinè suscepit, nomen suum in clericorum librum referendum curet.

Eum aut librum idè diligenter custodiat; in quem quicquid singulis annis retulerit, id Episcopo describendum dabit, vt eius libri exemplum etiam in Episcopalibus edibus asseruetur.

100 Notarij in litteris dimissorijs, seu testimonialibus, sacri Cõcilij Tridentini decretù seruent; in alijs, quæ merè spirituales sunt, èt si nullum stipendium eis constitutum sit, nihil omninò accipiant; præter scripturæ mercedem ab Ordinario statuendam.

1. de notarijs & scribis. Sef. 21. c. 2.

Pro singulis lris dimissorijs, quæ pro suscipiendis plurib. oibusve minoribus, vel èt maioribus ordinibus concedentur, itemq; pro singulis litteris, quibus notarius testatum fuit plures, oesve ordines alicui collatos esse, decimã partem aurei nûmi tantum ad summù à Cællario accipi liceat, ac si eè litterè de vno tantù ordine suscipiendo, vel suscepto essent date. Idq; si modo nullum ei salariùm pro officij sui munere exercendo constitutum sit: neq; ad Episcopum ex notarij commodis aliquid emolumèti ex eisdem ordinum collationibus, litterisve dimissorijs, directè, vel indirectè peruenire possit, alioqui gratis omnia dentur, vt est Tridentino Concilio sancitum.

3. de iis, quæ ad Ep̃m forã. pert.

101 In testimonialib. ordinis, ab vnoquoq; suscepti, lris, fiat testificatio èt ecclesie, locive pij, cui is tum adscriptus est ex Trident. decreto.

4. vt sup.

102 Vbi primum Episcopus, aut parochus aliquem norit, qui uel spontè se clericali militià adscribi uelit, vel à parentibus adhuc infans destinatur; hoc sedulò curet, ut illorum quò diligentius clericalis disciplina, vitæq; religiosæ institutis primùm imbuatur, ecclesiam frequètius adcat; functiones, quas clerici obeunt, ceteraque id generis ministeria cernat; ipsiq;ue parochus, vel alii sacerdoti, quem idem Episcopus mauerit, in disciplinam, curamve traditus, ecclesiasticorum hominù consuetudine utatur. Sicque multiplici ratione, cum paulatim, & clericalis vita officijs obeundis, & laboribus suscipiendis, assuefiat, tum discat etiam, at que animaduertat quod vitæ genus, si ordinis Sacramento initiari ual t, sequi debeat, proindèq; de re tota maturius ante delberet.

4. quæ pert. ad Sac. ord.

Parochi



Parochi verò sit, illiusve, cuius cura, Episcopi iussu, traditus est, eum quęcumque clericalis uocationis, institutionisve sunt, aliquando more re, ac docere diligenter.

103 Vt ad ecclesię ministerium complures instituatur, qui ab incunte penè aetate ad pietatem, vitęq; innocentiam, cum litterarum doctrina coniunctam, accuratè instructi, ei sanctè, vtiliterq; post inseruiant; illud unusquisque parochus valde studeat, vt quamplurimos potest pueros, præsertim pauperes, bona indole præditos, qui spem afferant, se sacris initiatos, ecclesię ministros utiles fore, ad ecclesiastica vitę normam accuratè erudiat, eosdemque præterea, cum ante, tum etiã in primis, post susceptam clericalem tonsuram, ac deinceps minoribus ordinibus adscriptos, pro paternę charitatis studio, optimis moribus, clericali religioni congruentibus, clericaliumque functionum disciplina bene informet; litterisque item instruat, eos præsertim, qui ab alijs probatis uiris, artem litterarum profitentibus, ob inopiam, aliamve causam, commodius, diligentiusque erudiri non possunt.

104 Eorum autem singulorum mores, studia, litterarumq; processum nem Episcopo parochus aliquando significet, vt suo tempore, uel in seminario coaptari, uel alia quacumque uia adiuti, pro etatis ratione, proque ingenij captu, studijs grauioribus se dedere queant.

De Seminario Clericorum.

S V M M A R I V M.

- 1 Seminarium clericorum instituendum, & ubi edificandum. 14.
- 2 Decima fructuum ei attributa.
- 3 Vnde soluenda.
- 4 Quo tempore soluenda.
- 5 Eius augendę facultas.
- 6 Multa etiã adindicata. De penis, nu. 4.
- 6 Exactio decimę intermissa, remissiuè, restituenda.
- 7 Prætermissa verò ad dimidiam partem decimę restricta.
- 8 Exactio ipsa quamdiu duret.
- 9 Taxa præscripta ab Episcopo exigenda. 20.
- 9 Quę, & quot beneficia ab Episcopo Seminario applicanda.
- 10 Simplicia beneficia interim vacantia cui non conferenda.
- 10 Quando non valeat applicatio beneficiorum. 11.
- 12 Beneficia nullius diocesis cui Seminario contribuant.
- 13 Census vnique Seminario Prouincię præfinitus ad quam summam ascendat.

Canonici

- 15 Canonici duo ab Episcopo deligendi ad Seminarij disciplinam.
 - 16 Canonice alij duo, & duo ex clero eligendi ad rerum temporalium administrationem.
 - 17 Delecti, quando mutari possint.
 - 18 Eorum consilium sequi non adstringitur Episcopus.
 - 19 Rationes quotannis Episcopo reddenda, & quibus presentibus.
 - 20 De Seminarij statu ad Metropolitanum ab Episcopo scribendum. 21.
 - 21 Exponenda difficultates eius insti tutum inapredientes.
 - 22 Quibus difficultatibus, vt per se, cum deputatis prospiciat Episcopus.
 - 23 Seminarium quoties ab Episcopo visitandum: quaeque Constitutiones praescribenda. 25.
 - 24 Catechismus Romanus in Seminario pralegendus.
 - 25 Rituum sacrorum, & ecclesiasticae historiae Studium in eo inflituendum.
- Decreta quoque Prouincialia, & dioecesana de clericorum disciplina, in eodem legenda. Quae generatim ad haec decreta pert. 9.
 Seminarij titulo quis, vt adscribendus. De Sacram. ordinis. 36.
 Ad eiusdem curam, quis non admittendus. De parochijs, nu. 14.

MANDATVM est à sacro Tridentino Concilio Prouincialibus Synodis, vt quamprimùm in eam curam incumberent, vt Seminarium clericorum, vbicumque id fieri posset, constitueretur omniq; ratione propagaretur. Quamobrem etiam illis facultatem dedit moderandi, & augendi omnia, & singula quae pij, & sancti huius operis institutionem, & progressionem coadiuuare possint.

Itaque nos prouinciae nostrae statu, & ecclesiarum, ac beneficiorum genere diligenter considerato, duximus ad hanc rationem confugiendam esse, vt detrahamus, quemadmodum iam nunc detrahimus, decimam partem fructuum cuiuslibet mensae Episcopalis, & capituli, & quarumcumque dignitatum, personatum, officiorum, prebendarum, portionum, abbatiarum, & prioratum cuiuscumque ordinis, etiam regularis, aut qualitatis, vel conditionis fuerint; etiam hospitalium, quae dantur in titulum, vel administrationem, iuxta Constitutionem Concilij Viennensis, & beneficiorum quorumcumque etiam regularium, etiam si iuris patronatus cuiuscumque fuerint etiam si exempta, etiam si nullius dioecesis, vel alijs ecclesijs, monasterijs, vel hospitalibus, & alijs quibusuis locis pijs, etiam exemptis annexa, & ex fabricis ecclesiarum, & aliove locorum etiam ex quibuscumque alijs ecclesiasticis redditibus,

Sess. 23. c. 18.
 r. de Seminariorum clericorum.
 r. ibidem.
 Ead. sess. & cap. ver. & quia.
 c. quia cōtingit, de relig. domib.

bus, seu prouētibus, etiam aliorum collegiorum, in quibus tamen sententia discipulorum, vel docentium, ad commune ecclesie bonum promouendum actu non habentur, hæc enim exempta esse uolumus, præterquam ratione reddituum, qui superflui essent, ultra conuenientem ipsorum seminariariorum sustentationem, seu corporum, vel confraternitatum, quæ in nonnullis locis scholæ appellantur, & omnium monasteriorum, non tamen mendicantium, etiam ex decimis quacumque ratione ad laicos, ex quibus subsidia ecclesiastica solui solent, & militibus cuiuscumque militiæ, aut ordinis pertinentibus, (fratribus sancti Iohannis Hierosolymitani dumtaxat exceptis,) eamque supradictorum fructuum decimam sic detractam, seminarijs, singulis prouinciæ nostræ diocesis erigendis, seu iam erectis, applicamus, & incorporamus.

Possessores autem huiusmodi beneficiorum ad eandem fructuum decimam non modo pro se, sed pro pensionibus, quas alii forsan ex dictis fructibus soluant, retinendo tamen pro rata quicquid pro dictis pensionibus illis erit soluendum, omnino teneri uolumus, & mandamus eiusdem Tridentini Concilij auctoritate, quibusuis, quod ad omnia, & singula supradicta, priuilegijs, & exemptionibus, etiamsi singularem derogationem requirerent, consuetudine etiam immemorabili, & quauis appellatione, & allegatione, quæ executionem non impediatur, non obstantibus.

Hanc autem fructuum decimam iuxta maiorem singulorum beneficiorum taxationem, quæ hæctenus facta reperiatur, exigi iubemus. Quod si aliqua beneficia non reperiuntur taxata; Episcopi de consilio eorum, qui sacre Tridentinæ Synodi iussu ad id munus delecti fuerint, ea taxent.

4 Quam decimam duobus terminis infra frequentem annum 1566, & deinceps singulis annis eodem modo solui uolumus. Si quis huius anni taxationem, à se impositam exigere cœpisset, eadem exactionem prosequatur; deinceps uero hanc exigendi rationem, à nobis præscriptam, seruabit.

5 Præterea damus auctoritatem singulis prouinciæ nostræ Episcopis, ut de eorum, qui huic muneri præfecti erunt, consilio, & Metropolitanis scripto consensu, possint eam decimam augere, ac perducere uelque ad decimam ueri annui redditus, & imminuere, uel uniuersè, uel sigillatim, atque ijs etiam beneficijs, quæ tenuiora fuerint, præsertim curatis, totam omnino exactionem remittere.

5. de Seminarijs.

6 Seminarij institutio, quàm utilis sit, ac necessaria, ad cleri disciplinam in singulis ecclesijs propagandam, cum ex Concilij Tridentini decreto facile intelligi potest, tum ex eo etiam, quod rei illius salutaris ratio aliquando intermissa, damna, & detrimenta non mediocria rei ecclesiasticæ

ecclesiastica attulit. Cum igitur in nonnullis provincie nostrae ecclesijs iam omnino, aut aliqua ex parte desitum sit, decimas, fructuumve partitiones, quae Concilij provincialis primi decreto, ex sacrosanctae Oecumenicae Synodi Tridentinae auctoritate ad illius sustentationem constitutae sunt, exigi; atque inde in ijs ipsis ecclesijs penè collapsum sit tam salutare institutum; ob eam causam provinciali hoc decreto id caueamus, ut quae decimarum, fructuumve exactio illo Tridentino, provincialiq; decreto iam pridem Seminarij nomine instituta est, de ea nihil planè quicquam per Ep̄os remitti liceat, nisi, ut etiam eo ipso Concilio Provinciali, & nunc hac ipsa sanctione infra cauetur. Quod si haecenus quicquam eo de genere, aut planè totum remissum est, id ad pristinam exactiois rationem reuocari, atque omnino restitui iubemus.

7 Vbi verò nihil unquam eo nomine exactum est; ibi Episcopus mensuram duorum spacio exactioem ad illius Concilij provincialis primi praescriptum ita planè instituat, ut dimidiam tamen partem decimae illa non excedat.

8 Atque eam quidem exactioem, sic praefinitam, tam diu durare decernimus, quò ad seminarium eo censu, ijsq; redditibus constitutum, atque auctum erit, quos pro locorum diocesum, censuumq; amplitudinis ratione, singulis provinciae ecclesijs, re maturè deliberata, infra praestituimus, ea tamen lege, ut rata parte reddituum, quos iam nunc, aut in posterum beneficiorum accessione, aliave ratione seminarium possidere, habereve contingerit, tantundem de exactioe remittatur ad eiusdem Concilij, & Tridentini, & Provincialis primi praescriptum.

Sess. 23. c. 18.
verf. suadete.

9 Decernimus itè, ut Ep̄i, ex auctoritate eiusdem Concilij Tridentini, intra sex menses ecclesiastica aliqua simplicia beneficia, cuiuscumque qualitatis, & dignitatis fuerint, uel èt praestimonia, uel praestimoniales portiones nuncupatas, & èt nondum vacantes, huic collegio, seu seminario applicent, & incorporent: ea videlicet, quae illis seminario magis opportuna, & idonea videbuntur, sine tamen cultus diuini detrimento, & beneficia obtinentium praedicio.

1. de seminario.

Sess. 23. c. 18.
verf. Necnon èt locis ben.

Quòd si Ep̄i illorum beneficiorum fructus ad id pium opus non satis esse animaduertent, despiciant, si quae alia sint, quae seminario attribui possint. De quae his Metropolitanum admoneant, qui, ut res ex sententia confici possit à sanctiss. D. N. opem implorandam, & eius auctoritatem interponendam curabit.

Haec autem unio beneficiorum ex praescripta Concilij Tridentini formula locum habeat, èt si beneficia sint reseruata, uel affecta: nec per resignationes ipsorum beneficiorum, uniones, & applicationes suspèdi, uel impèdi possint: sed omnino quacumque vacatione, èt si in curia effectum suum sortiantur, & quacumque Constitutione non obstante. Succedente verò

Q casu,

casu, quo per vniones effectū suū fortientes, vel aliter seminariū ipsum in totum, vel in partem dotatum reperitur, tunc portio ex singulis beneficijs, vt supra detracta, & incorporata, ab Episcopo, prout res exegerit, in totum, uel pro parte ad remittatur.

Vt autē seminarium, & suis facultatibus perpetuò sustentari possit, & aliquando breui fore speretur, vt ea exactio deniq; cesset, & Ep̄s, Depu- tatis in consiliū adhibitis, decreti Trident. auctoritate tot beneficia simplicia adiungat, attribuatve, quot, ijs etiam supputatis, qui iam quouis nomine, aut iure eidem attributi sunt, redditibus, summam conficiant annui census, mox infra prescriptam.

At, cum primū ad eam ipsam summam peruenerit, si quę beneficia, anteaquā vacauerint, iure unionis adiuncta sint, neq; dum ea adiunctio, uniove suū adhuc sortita sit effectū; illam iam nunc rescillam, ac planè irritam esse declaramus.

10. Atq; vt quidem ab eo onere quā citissimè fieri poterit, clemens liberetur, & eximatur; Ep̄s caueat, ne beneficia simplicia, qualia sint, quę interea vacare contigerit, cuiquā conferat, alijsve usui attribuat: sed quęcumq; illa sint, seminario iure vnionis cōiungat, nisi fortasse quędam, vel ecclesię parochiali, quę tenuiori censu est, uel alijs ecclesijs, vel loco, operive pio potius attribuēda, adiūgendave cęsuerit, pro rōne facultatis sibi canonū iure, Tridentinoq; Cōcilio date, ac permisse.

11. Si contra Ep̄s ullo modo fecerit, seminarij detrimento, dāno, q̄ inde inferetur, de suo primū satisfaciatur: deinde istiusmodi culpę non se in Cōcil. Prouinciali proximo rōnem redditurū; tum præterea illa ipsa beneficiorū collatio, prouisione quam aliter contra huius decreti prescriptum fecerit, irrita nihilominus statim sit, nullaque omninò.

12. Ne uerò in posterum aliqualis, & controuersia ex eo existat, quod sepe dubitatur, cui potissimum seminario illā prescriptam decimę partē certa quędam beneficia in sustentatione conferant, de ijs sic decernimus. Beneficia porrò, quę diocesis nullius sunt, illam subministrant, & soluant diocesis eius Seminario, intra cuius limites ea olim erāt, & censebantur. At uerò, quę beneficia in hac, uel in illa diocesi prædia, bonave habent, id prescriptę decimę dēt Seminario diocesis, locive, ubi sita est primaria ecclesiā beneficij, cui ea prædia attributa olim fuerant; etiam si alia ecclesiā, quę beneficio illi primario adiuncta est, edificata deinceps sit causa illorum prædiorū. Sin autē in ijs prædijs ecclesiā antea edificata est, quā illa adipisceretur, posteaq; unā cum illis alijs ecclesię primarię adiuncta est; tunc eius contributio ad Seminarium pertineat, in qua prædia unā cum ecclesiā sita sunt.

13. Censur uerò, quem de Reuerendissimorum Coepiscoporum nostrorum assensu, & consilio unicuique Seminario Ecclesiarū prouin-

est nostræ, auctoritate huius constitutionis præsumimus, atq; adeò præscribimus, certa ratio, æstimatione hæc sit, infra ordine exscripta.

Metropolitanæ Mediolanensis Ecclesiæ Seminarij sit annuos census nummi auri sexies mille.

Derthonensis nummi aurei sexcenti.

Zaudensis mille.

Aquensis quadrigenti.

Brixienfis bis mille.

Cremonensis bis mille item.

Bergomensis mille.

Astensis sexcenti.

Alexandrinæ quadrigenti.

Vercellensis mille.

Albensis sexcenti.

Viginti millienfis ducenti.

Sauonenfis trecenti.

Catalensis quingenti.

Vigleuanensis ducenti.

Novariensis mille, & ducenti.

Placentinæ mille, & quingenti.

14 In omni Seminarij institutione, cura, atq; administratione Episcopus sese rationibus conformet decreti Tridentini, quod cum in omnibus partibus exequatur, tum in ea maximè, vt certum locum deligat, vbi collegiatim certus puerorum numerus alatur, atque adeò instituantur litteris, disciplinisq; ecclesiasticis. Sess. 25. c. 18. in fi.

15 Eligat duorum mensium spacio, qui nondum elegerit, canonicos duos, quorum consilio in ijs vtatur, quæ ad puerorum eiusdem Seminarij institutionem, disciplinam, moresq; attinent. Ead. sess. & ca.

16 Duos item de capitulo, & duos præterea de clero Ciuitatis deligat, quos adhibeat in consilium, consultationemve administrationis, quæ in rebus temporalibus ineunda sit. Ea. sess. & cap.

17 Ij porro omnes, vbi semel delecti sunt, ne vnuquã, nisi ob causam quæ cum ratione conueniat, eo munere abdicentur.

18 Meminerit autem Episcopus sibi Tridentini Concilij decreto oë Seminarij administrandi, beneq; gerendi onus impositum esse, quod ipse propterea sustinere, tueriq; debet et atq; etiam diligenter, Eorum igit, quos delegerit, consilium sequi cum non cogatur, ubi illorũ sniam de re, quæ in consultationem cadit, audierit, ipse tamen deliberet, statuatur, & exequatur, quæcumq; pro sua pietate, & prudentia, quæ corã Deo potiora, atque præstantiora esse existimauerit, ad instituti Seminarij optimam tum conseruationem, tum administrationem.

Q 2 Quotan-

- Sess. 23. c. 18. vers. Rōnes.* 19 Quotānis apud se rationes administrationis supputari omnino curret: quia in supputatione duos a capitulo, totidem a clero ciuitatis ex scripto Tridentini Concilij delectos adhibeat.
- Ea. sess. & cap. vers. etiā uocato.* 20 Præscriptam fructuum portionem Seminarij causa ipse exigat: si quis eam soluere recusat, aut longius, quā par est, distulerit; contra illum censuris, & alijs ecclesiasticis pœnis agat, ut planè persolvat, imploratio èt, si ita expedire iudicauerit, magistratus secularis auxilio, ad illius Concilij Tridentini præscriptum. Nec verò est, cur in ea re optimè exequenda locum, uel gratia, uel præcibus, uel metui, uel alij humano affectui vniquam relinquat.
21. 22 De Seminarij statu, progressioneq; Episcopus ad Metropolitanum sæpè, aut sexto quoque mense ad minimum litteras det; quibus, si quæ difficultates inciderint, quæ optimum illius institutum impediunt, in primis exponat.
- Ea. sess. & cap. vers. Postremo.* 23 Is verò, ex Concilij Tridentini præscripto, quibus rebus pòt; aut debet, omnem operam, studium, aliamq; omnem rationem adhibeat, ut sublatis iis rebus, quæ difficultatem pariunt, Seminarij institutio longè ad optima quæque progrediatur.
- a. t. 1. dec. 25* 24 Episcopus ipse tertio quoq; mense saltem, nisi iusta causa impeditus sit, Seminarium uisitet, in eoq; uisitationis munere, adhibitis etiā, si modo ei videbitur, alijs doctis, & pijs uiris, tum de magistrorum diligentia, tum de progressibus, quos, & in uita disciplina, & in literarum studiis Seminarij clerus habuerit, accuratè inquireat.
- Sess. & cap. eod. vers. quæ omnia.* 25 Idem cætas Seminarij clericis constitutiones præscribat; quas frequenti eorum conuentu in singulos menses legi curet, quo sæpius repetitæ, illorumque mentibus impressæ, seruentur diligentius.
- ibidem. Sess. 23. c. 18.* 26 Is in omni Seminario perpetuus vsus sit, ut Catechismus Romanus pueris, atque adeo adolescentibus prælegatur, & explicetur quā diligentissimè. Nulla que eius pars prætermittatur, cuius doctrinis eorum animi non imbuantur, ut fieri potest, omni maximo studio.
- Sess. & ca. eo.* 27 In omni prouinciæ Seminario, ubi commodè potest, præter exteriora, quibus, & ad pietatis exercitationem, & ad litterarum doctrinam adolescentum animi erudiuntur, studia etiam sacrorum rituum, historiarumque omnium ecclesiasticarum certis stas diebus instituatur, quæ clericali ordinis hominibus, maximè accommodatæ sunt ad optimam religiosæ disciplinæ rationem.